



BIBLIOTECA PROVINCIAL Y UNIVERSITARIA
* SEVILLA *




OFFICIA PROPRIA SANCTORUM HISPALENSIS ECCLESIÆ, ET DIOECESIS.

IN SACRA CONGREGATIONE Eminentiſsimorum Dominorum Cardinalium, pro Sacris Ritibus, & cæremonijs à Sanctiſsimo D.N. Sixto V Pontifice Maximo Deputatorum.

Eiuſdem Sanctiſſ. iuſſu recognita, & approbata, & demum ab eodem authoritate Apoſtolica confirmata; cura, opera, & ſtudio Eminentiſſimi, & Reuerendiſſ. D. D. Roderici Cardinalis de Caſtro Archiepiſcopi Hiſpalenſis.





 HISPALI. 

Cum facultate, apud IOANNEM CABEÇAS, anno M.DC.LXXIX.

Ant.o Aludena

SANCTISSIMO D. NOSTRO SIXTO PONTIFICE MAXIMO.

Solemnia, propriaque Ecclesiæ nobis commissæ Officia, cum diu, multumque à Clero nostro desiderarentur, ac quotidianis expostulationibus flagitarentur, viris doctis, & sacrarum rerum peritis, ex capituli nostri consilio ordinanda demandauimus, à quibus accurata, diligentia, & studio ex receptis Sanctorum Historijs, & probatæ fidei monumentis collecta, & concinata istius Sacrosanctæ Sedis censuræ subijcimus, quatenus iustam, auctoritatem (si merentur) à sanctitate vestra consequantur, & in nostræ Ecclesiæ vsum recepta celebrari possent. In his autem, si non exactam ad vnguem ordinationem præstiterimus pietatis certè studium, & incorruptæ fidei Officium Sanctitati vestræ probatum volumus. Hispali, die xj. Ianuarij, anno Dñi. M.D.LXXXIX.

Sanctisime Pater.

Vestræ beatitudinis humillimus seruus,
qui sanctissimos eius pedes osculatur.

R. Car. de Castro.

SVMMA FACVLTAS.

IOannes Cabeças Typographus vrbis Hiſpalenſis, facultatem habet ab Illuſtriſſimo D. D. Antonio de Benauides & Bazan, Generali Sanctæ Cruciatæ Commiſſario, imprimendi Officium proprium Sanctorum Hiſpalenſium, eiuſque Diœceſis: obtenta licentia à noui officij Adminiſtratore in ipſa vrbe cõmorante. Vt latiùs patet ſuo exemplari dato Matriti, die 13. menſis Septembris, anno Dñi 1678.

SIXTVS PAPA V.
ad perpetuam rei memoriam.

ETsi certa in Breuiario Romano nouissimo edito persoluendi Diuini Officij ratio, & norma præscripta est, qua dictum Officium iuxta Romanæ Ecclesiæ ritum persoluentes, vti possint: sæpè tamen Romanus Pontifex, ut speciali Ecclesiarum, præsertim Cathedralium, & Metropolitanarum erga sanctos Patronos deuotioni satisfaciat; propria illorum Officia ad eiusdem Breuiarij præscriptum accommodata, auctoritatis suæ patrocinio corroborat, prout in Domino salubriter conspicit expedire. Nuper siquidem dilectus filius noster Rodericus Basilicæ duodecim Apostolorum Presbyter Cardinalis de Castro nuncupatus, Hispalensis Ecclesiæ ex dispensatione Apostolica Præsul, nonnulla propria Sanctorum eiusdem Ecclesiæ Patronorum Officia in ipsa Ecclesia permissu Sedis Apostolicæ recitanda ex sacris Historijs, & Catholicæ fidei monumentis excerpta, & compilata ad nos, tàm suo, quàm Capituli, & Cleri ipsius Ecclesiæ Hispalensis nomine misit, nobis humiliter supplicando, vt eadem officia corrigere, & emendare, atque auctoritatis nostræ patrocinio (si illa recitari merito posse iudicaremus) corroborare de benignitate Apostolica dignaremur. Quibus nos supplicationibus annuentes, officia prædicta venerabilibus fratribus nostris Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus Congregationis Sacrorũ Rituum, examinanda, & corrigenda commisimus, qui matura de-

super adhibita diligentia, & præstantium virorum opera illa examinarunt, & ad Romani Breuiarij præscriptum correxerunt, sicque recitari posse censuerunt, prout in libello, per venerabilem fratrem nostrum Alfonsum Episcopum Portuensem, Cardinalem Gesualdum, congregationis prædictæ nomine subscripto latius continetur. Nos pium Roderici Cardinalis, ac Capituli, & Cleri prædictorum in Sanctos Patronos huiusmodi deuotionis affectum commendantes, eosque specialibus fauoribus, & gratijs prosequi volentes: ex certa nostra scientia, Officia propria prædicta, nempe Dedicationis Ecclesiæ Hispalensis, Leandri Episcopi & Confessoris, Isidori Episcopi & Confessoris, Hermenegildi Regis & Martyris, Laureani Episcopi & Martyris, Iustæ & Ruffinæ Virginum, & Martyrum, Seruandi, & Germani fratrum, Florentij Martyris, & Clementis Papæ, & Martyris, per Congregationem prædictam recognita, examinata, & emendata Apostolica auctoritate tenore præsentium perpetuò confirmamus, & approbamus, atque Apostolicæ firmitatis robore communimus. Vtque in Ecclesia Metropolitana, alijsque Ecclesijs, & locis pijs Ciuitatis, & Diœcesis Hispalensis, in quibus Diuinum Officium, iuxta Breuiarij Romani normam recitatur, tàm publicè, quàm priuatim recitari possint; ita vt illa recitantes perinde debito suo satisfaciant, ac si Officium Diuinum, iuxta dicti Breuiarij præscriptum persoluissent, permittimus, & eadem auctoritate concedimus. Non obstantibus Breuiarij huiusmodi regulis, quodque forsan

aliqui

aliqui dies festi Sanctorum prædictorum Kalendario Romano descripti non sint, ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac etiam in Uniuersalibus, Prouincialibus, & Synodalibus Concilijs editis, nec nō dictæ Ecclesiæ iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, cæterisque contrarijs quibuscumque. Volumus autem, vt officia prædicta imprimi, seorsum tamen à Breuiario prædicto, & in Ciuitate, & Diœcesi prædictis vulgari possint, quodque præsentium transumptis etiam cum ipsis officijs impressis, eademque præsentibus adhiberetur fides, habeatur vbique. Dat. Romæ in Monte Quirinali, sub annulo Piscatoris, die jv. August. M. D. LXXXX. Pontificatus nostri anno sexto.

M. Vestrius Barbianus.

Ego Curtius de Franchis Cano S.Petri, vidi, & subscripsi.

Ego Marcellus Francolinus Iu. vt Doct. vidi, & subscripsi.

Ego Doct. Vincentius Maso Cler. Regul. vidi, & subscripsi.

Con-

CONGREGATIO Sacrorum Rituum, viſis, & examinatis diligenter S. D. N. SIXTI PAPÆ V. iuſſu ſupraſcriptis Officijs, cenſuit concedi poſſe, vt in Eccleſia, & Diœceſi Hiſpalenſi, publicè, priuatimque recitentur. In quorum fidem præſentes manu propria ſubſcripſimus. Romæ, die xxvj. Iulij, anno Dñi. M.D.XC.

Alfonſus Cardinalis Geſualdus Epiſcopus Portuenſis.

Gabr. Cardinalis Paleotus Epiſcopus Albanenſis.

Vincentius Tituli S. Clementis Cardinalis Montis regalis.

Aſcanius S. Nicolai Diaconus Cardinalis Columna.

Federicus S. Agathæ Diaconus Cardinalis Borromeus.

Io. Baptiſta Stella, Secret.

KA-

HENERO.

FEBRERO.

MARZO.

[illegible] S.ⁿ Joseph [illegible] . . . . [illegible]

ABRYL

MAYO.

JVNYO.

[illegible]

JVLYO.

NOVIEMBRE

DICIEMBRE

OFFICIA
PROPRIA
SANCTORVM
HISPALENSIS ECCLESIÆ.

DIE xjv. IANVARIj.

IN festo S.Fulgētij Episcopi Astigitani, & Conf. dup. 2. clasßis, de cōi Conf.Pont.orat. Exáudi. Ad Matut. in 1. Noct. lect. Fidêlis sermo. In 2. Noct. lect. Ad Sancti. In 3. Noct. lect. Vos estis sal terræ. 8. ℟. In médio Ecclésiæ. fol. 233.

DIE XV. IANVARIj.

In festo SS. Nominis Iesu, duplex.

Ad Vesperas, Aña.

OMnís qui inuocáuerit nomen Dómini, saluus erit.

Psalm. 109.

DIxit Dóminus Dómino meo:* sede à dextris meis.

Donec ponam inimicos tuos: * scabéllū pedū tuórum.

Virgam virtútis tuę emíttet Dóminus ex Sion:*domináre in médio inimicórum tuórum.

Tecum princípium in die virtútis tuæ, in splendóribus sanctórum:* ex vtero ante lucíferum génui te.

Iuráuit Dóminus, & non pœnitébit eum:*Tu es sacérdos in ætérnū, secúndū órdinem Melchísedech.

D óminus à dextris tuis:* confrégit in die iræ suæ reges.
I udicábit in natiónibus, implébit ruínas:* cõquassábit cápita in terra multórum.
D e torrẽte in via bibet:* proptérea exaltâbit caput.
Aña. Omnís qui inuocáuerit nomen Dómini, saluus erit.
Aña. Sanctum,& terribile nomen eius, initium sapientiæ timor Domini.

Psalm. 110.

C Onfitebor tibi Domine in toto corde meo:* in concilio iustorũ, & congregatione.
M agna opera Domini:* exquisita in omnes voluntates eius.
C onfessio,& magnificentia opus eius: * & iustitia eius manet in sæculum sæculi.
M emoriam fecit mirabilium suorum, misericors, & miserator Dñus: * escam dedit timentibus se.
M emor erit in sæculum testamenti sui: * virtutem operum suorum annuntiâbit populo suo.
V t det illis hereditâtem gentium:*opera manuum eius veritas,& iudicium.
F idelia omnia mandata eius, confirmata in sæculú sæculi:*facta in veritate,& æquitate.
R edemptionem misit populo suo:*mãdauit in ęternum testamentum suum.
S anctum, & terribile nomen eius: * initium sapiẽtiæ timor Domini.
I ntellectus bonus omnibus facientibus eum:*laudatio eius manet in sæculum sæculi.
Aña. Sanctum,& terribile nomen eius, initium sapien-

pientiæ timor Domini.

Aña. Ego autem in Domino gaudêbo, & exultâbo in Deo Ieſu meo.

Pſalm. III.

BEatus vir qui timet Dominum:*in mãdatis eius volet nimis.

Potens in terra erit ſemen eius*: generatio rectôrum benedicêtur.

Gloria,& diuitię in domo eius:*& iuſtitia eius manet in ſæculum ſæculi.

Exortum eſt in tenebris lumẽ rectis:*miſericors,& miſerâtor,& iuſtus.

Iucundus homo qui miſerêtur,& commodat, diſpônet ſermones ſuos in iudicio:* quia in æternum non commouebitur.

In memoria æterna erit iuſtus:* ab auditiône mala non timebit.

Parâtum cor eius ſperare in Domino,confirmâtum eſt cor eius:* nõ commouebitur donec deſpiciat inimicos ſuos.

Diſperſit, dedit pauperibus, iuſtitia eius manet in ſæculũ ſæculi:*cornu eius exaltabitur in gloria,

Peccator vidêbit, & iraſcêtur, dẽtibus ſuis fremet, & tabeſcet:*deſideriũ peccatorum peribit.

Aña. Ego autem in Domino gaudêbo, & exultâbo in Deo Ieſu meo.

Aña. A ſolis ortu vſque ad occâſum laudabile nomen Domini.

Pſalm. 112.

LAudate pueri Dominum:*laudate nomẽ Domini.

Sit nomen Domini benedictum:* ex hoc nunc, & vſque in ſæculum.

A ſolis ortu vſque ad occâſum:* laudabile nomen Domini.

Excelſus ſuper omnes gẽtes Dñus: * & ſuper cœlos gloria eius.

Quis ſicut Dominus Deus noſter, qui in altis habitat: * & humilia reſpicit in cęlo, & in terra?

Suſcitans à terra inopẽ: * & de ſtercore erigens pauperem.

Vt collocet eum cũ principibus: * cum principibus populi ſui.

Qui habitâre facit ſterilem in domo: * matrem filiôrum lætantem.

Aña. A ſolis ortu vſque ad occâſum laudabile nomen Domini.

Aña. Sacrificâbo hoſtiam laudis, & nomen Domini inuocâbo.

Pſalm. 115.

CRedidi, propter quod locûtus ſum: * ego autem humiliâtus ſum nimis.

Ego dixi in exceſſu meo: * Omnis homo mendax.

Quid retribuam Domino: * pro omnibus quæ retribuit mihi?

Calicem ſalutâris accipiã: * & nomen Domini inuocâbo.

Vota mea Domino reddam coram omni populo eius: * pretiôſa in cõſpectu Domini mors ſanctôrum eius.

O Domine quia ego ſeruus tuus: * ego ſeruus tuus, & filius ancillæ tuæ.

Dirupiſti vincula mea: * tibi ſacrificâbo hoſtiã laudis, & nomen Domini inuocâbo.

Vota mea Domino reddam in conſpectu omnis populi eius: * in atrijs domus Dñi, in medio tui Ieruſalem.

Aña. Sacrificâbo hoſtiam laudis, & nomen Domini in-

inuocâbo.

Capitulum. *Philip.2.*

FRatres: Chriſtus humiliâuit ſemetipſum, factus obediens, vſque ad mortẽ, mortẽ autẽ Crucis; propter quod & Deus exaltâbit illũ, & donâuit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen: vt in nomine Ieſu omne genuflectâtur. ℟. Deo gratias.

Hymnvs.

IEſu dulcis memória,
Dans vera cordi gáudia:
Sed ſuper mel,& ómnia,
Eius dulcis præſéntia.
Nil cánitur ſuáuius,
Nil audítur iucúndius,
Nil cogitâtur dúlcius,
Quàm Ieſus Dei Filius.
Ieſu ſpes pœniténtibus,
Quàm píus es peténtibus!
Quàm bonus te quæréntibus!
Sed quid inueniéntibus?
Nec lingua valet dícere,
Nec litera exprimere:
Expértus poteſt crédere,
Quid ſit Ieſum dilígere.
Sis Ieſu noſtrum gáudium,
Qui es futûrus præmium:
Sit noſtra in te glória,
Per cuncta ſemper ſæcula, Amen.

℣. Sit nomen Dómini benedictum, Alleluia.
℟. Ex hoc nunc, & vſque in ſæculum, Alleluia.

Ad Magnificat, Aña.

Fecit mihi magna qui potens eſt, & ſanctum nomẽ eius, Alleluia.

MAgnificat:* anima mea Dominum.
Et exultâuit ſpiritus meus: * in Deo ſalutari meo.
Quia reſpexit humilitâtẽ ancillæ ſuæ:* ecce enim ex hoc beâtam me dicent ómnes generationes.
Quia fecit mihi magna, qui potens eſt: * & ſanctũ nomen eius.
Et miſericordia eius à progenie in progenies:* timẽtibus eum.
Fecit potẽtiam in brachio ſuo: * diſperſit ſuperbos mente cordis ſui.
Depoſuit potẽtes de ſede: * & exaltâuit humiles.
Eſuriẽtes implêuit bonis: * & diuites dimiſit inanes.
Suſcêpit Iſraël pûerum ſuum:* recordâtus miſericordiæ ſuæ.
Sicut locûtus eſt ad patres noſtros:* Abrahã, & ſemini eius in ſæcula.

Aña. Fecit mihi magna qui potens eſt, & ſanctum nomẽ eius, Allel. Oratio.

DEus, qui vnigenitũ Filium tuum conſtituiſti humani generis ſaluatorem, & Ieſum vocari iuſſiſti: concede propitius, vt cuius ſanctum nomen veneramur in terris, eius quoque aſpectu perfruamur in cœlis. Per eumdem Dñum noſtrum.

Fit commem. S. Fulgentij tantum. Aña. Amâuit eum Dominus, & ornâuit eum, ſtolam gloriæ induit eum, & ad portas paradiſi coronâuit eum.

℣. Iuſ-

℣. Iuſtum deduxit Dominus per vias rectas. ℟. Et oſtendit illi regnum Dei.

Oratio.

EXaudi quæſumus Domine preces noſtras, quas in Beati Fulgentij Confeſſôris tui, atque Pontificis ſolemnitate deferimus: & qui tibi digne meruit famulari, eius intercedentibus meritis ab omnibus nos abſolue peccatis. Per Dñum noſtrũ.

Si verò hoc feſtum venerit in Dominica poſt comm. S. Fulgentij, fit comm. Dominicæ, Aña. Suſcepit Deus Iſraël puerum ſuum: ſicut locûtus eſt ad Abraham, & ſemẽ eius exaltâre humiles, vſque in ſæculum.

℣. Veſpertina oratio aſcẽdat ad te Domine. ℟. Et deſcendat ſuper nos miſericordia tua.

Oratio.

OMnipotens ſempiterne Deus, qui cœleſtia ſimul, & terrêna moderâris: ſupplicationes populi tui clementer exaudi, & pacem tuã noſtris concêde temporibus. Per Dominum noſtrum.

Ad Complet. & per Horas, in fine Hymnorũ dicitur. Ieſu, tibi ſit gloria, qui natus es de Virgine.

Ad Matutin. Inuitat.

Admirabile nomen Ieſu, quod eſt ſuper omne nomen. Venite adoremus. Pſalm. Venite exultemus Domino: iubilemus Deo ſalutari noſtro, prẹoccupemus faciem eius in confeſſione: & in Pſalmis iubilemus ei.

Admirabile nomen Ieſu, quod eſt ſuper omne nomen. Venite adoremus.

Quoniam Deus magnus

Dominus, & Rex magnus super omnes Deos: quoniã non repellet Dominus plebem suam, quia in manu eius sunt omnes fines terræ, & altitudines montium ipse conspicit V enite adoremus.

Quoniam ipsius est mare, & ipse fecit illud, & aridã fundauerunt manus eius: venite adoremus, & procidamus ante Deum: ploremus coram Domino, qui fecit nos, quia ipse est Dominus Deus noster, nos autem populus eius, & oues pascuæ eius.

Admirabile nomen Iesu, quod est super omne nomen. V enite adoremus.

Hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra: sicut in exacerbatione secundùm diem tentationis in deserto: vbi tentauerunt me patres vestri, probauerunt, & viderunt opera mea. V enite adoremus.

Quadraginta annis proximus fui generationi huic, & dixi: semper hi errant corde: ipsi verò non cognouerunt vias meas, quibus iuraui in ira mea, si introibunt in requiẽ meam.

Admirabile nomen Iesu, quod est super omne nomen. V enite adoremus.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto. Sicut erat in principio, & nunc, & semper, & in sæcula sæculorum, Amen. V enite adoremus.

Admirabile nomen Iesu, quod est super omne nomen. V enite adoremus.

HYM-

Hymnvs.

IEſu Rex admirábilis,
Et triumphàtor nóbilis,
Dulcêdo ineffábilis,
Totus deſiderábilis:
Quando cor noſtrum víſitas,
Tunc lucet ei véritas,
Mundi viléſcit vánitas,
Et íntus feruet cháritas.
Ieſu dulcêdo córdíum
Fons viuus,lumen méntium,
Excédens omne gáudíum,
Et omne deſidéríum.
Ieſum omnes agnóſcite,
Amôrem eius póſcite,
Ieſum,ardénter quærite,
Quæréndo inardéſcite.
Te noſtra Ieſu vox ſonet,
Noſtri temores éxprimant,
Te corda noſtra diligant,
Et nunc,& in perpétuum,Amen.

In primo Noct.
Antiph.

Domine Dominus noſter, quàm admirabile eſt nomen tuum in vniuerſa terra! Et proſequitur Pſalmus 8.

QVoniam eleuata eſt magnificétia tua: * ſuper cœlos.

Ex ore infantium, & lactẽtiũ perfecisti laudẽ propter inimicos tuos: * vt destruas inimicum, & vltôrem.

Quoniam vidêbo cœlos tuos, opera digitôrum tuôrum: * lunam, & stellas, quætu fundasti.

Quid est homo, quòd memor es eius? * aut filius hominis, quoniam visitas eum?

Minuisti eum paulò minùs ab Angelis, gloria, & honôre coronasti eum: * & constituisti eum super opera manuum tuârum.

Omnia subiecisti sub pedibus eius: * oues, & boues vniuersas, insuper, & pecora campi.

Volucres cœli, & pisces maris: * qui perambulant semitas maris.

Domine Dominus noster, * quam admirabile est nomen tuum in vniuersa terra!

Aña. Domine Dominus noster, quàm admirabile est nomen tuum in vniuersa terra! Aña. In nomine Iesu omne genuflectâtur, cœlestium, terrestriũ, & infernôrum.

Psalm. 18.

Cœli enarrant gloriá Dei: * & opera manuum eius annuntiat firmamentum.

Dies diei eructat verbũ: * & nox nocti indicat sciẽtiam.

Non sunt loquelæ, neque sermones: * quorum non audiantur voces eôrum.

In omnem terram exiuit sonus eorum: * & in fines orbis terræ verba eorum.

In sole posuit tabernaculum suum: * & ipse tamquam sponsus procedens de thalamo suo.

Exul-

E xultâuit vt gigas ad currendam viam: * à ſummo cœlo egreſſio eius.

E t occurſus eius vſque ad ſummum eius: * nec eſt qui ſe abſcondat à calôre eius.

L ex Domini immaculâta, conuertens animas:* teſtimonium Domini fidêle, ſapientiam præſtans paruulis.

I uſtitiæ Domini rectæ, lætificantes corda: * præceptum Domini lucidum, illuminans oculos.

T imor Domini ſanctus, permanens in ſæculum ſeculi:* iudicia Domini vera,iuſtificâta in ſemetipſa.

D eſiderabilia ſuper aurũ, & lapidẽ pretiôſum multũ:*& dulciora ſuper mel, & fauum.

E tenim ſeruus tuus cuſtôdit ea: * in cuſtodiendis illis retributio multa.

D elicta quis intelligit? ab occultis meis munda me:* & ab alienis parce ſeruo tuo.

S i mei non fuerint dominati, tunc immaculâtus ero:* & emundâbor à delicto maximo.

E t erunt vt complaceant eloquia oris mei: * & meditatio cordis mei in conſpectu tuo ſemper.

D omine adiutor meus: * & redemptor meus.

Añã. In nomine Ieſu omne genuflectâtur,cœleſtiũ, terreſtriũ,& infernôrum.

Añã. Confitemini Domino,& invocâte nomẽ eius: mementôte, quoniam excelſum eſt nomen eius.

Pſalm. 23.

D Omini eſt terra, & plenitûdo eius: * orbis terrârum, & vniuerſi,qui habitant in eo.

Q uia ipſe ſuper maria fun-

fundâuit eum: * & super flumina præparâuit eum.

Quis ascendet in mõtem Domini: * aut quis stabit in loco sancto eius?

Innocens manibus, & mundo corde: * qui non accêpit in vano animam suam, nec iurâuit in dolo proximo suo.

Hic accipiet benedictiô-nem à Domino: * & misericordiam à Deo salutari suo.

Hæc est generatio quærentium eum: * quærentium faciem Dei Iacob.

Attollite portas principes vestras, & eleuamini portę æternales: * introibit Rex gloriæ.

Quis est iste Rex gloriæ? * Dominus fortis, & potens, Dominus potens in prælio.

Attollite portas principes vestras, & eleuamini portę æternales: * & introibit Rex gloriæ.

Quis est iste Rex gloriæ? * Dominus virtûtum ipse est Rex gloriæ.

Aña. Confitemini Domino, & inuocâte nomen eius: mementôte, quoniam excelsum est nomen eius.

℣. Propter nomen tuum Domine propitiaberis peccato meo. ℟. Multum est enim. Pater noster. Exaudi. Benedictio. Benedictione perpetua.

De Actibus Apostolorũ.

Lectio j. *Cap*.3.

PEtrus autem, & Ioannes ascendebant in templum ad horam oratiônis nonam. Et quidam vir, qui erat claudus ex utero matris suæ, baiulabâtur: quem ponebant quotidie ad portam templi, quæ dicitur speciôsa, vt peteret eleëmosynam ab introëuntibus

tibus in templum. Is cùm vidisset Petrum, & Ioannẽ incipientes introíre in tẽplum, rogâbat, vt eleëmosynam acciperet. Intuens autem in eum Petrus cum Ioanne, dixit: Respice in nos. At ille intendêbat in eos, sperans se aliquid acceptûrum ab eis. Petrus autem dixit: Argentum & aurum non est mihi, quod autem habeo, hoc tibi do: In nomine Iesu Christi Nazareni surge, & ambula. Et apprehẽsa manu eius dextera, alleuâuit eum; & protinus consolidâtæ sunt bases eius, & plantæ. Et exiliens stetit: & ambulâbat. Et intrâuit cum illis in templum ambulans, & exiliens, & laudans Deum. ℟. Ecce cõcipies, & paries filium: & vocâbis nomen eius Iesum: * Ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eôrum. ℣. Vocâtum est nomen eius Iesus, quòd vocâtum est ab Angelo, priusquam in vtero conciperêtur. * Ipse enim saluum faciet.

Benedictio. Vnigenitus Dei filius.

Lectio ij.

ET vidit omnis populus eum ambulãtem, & laudantem Deum. Cognoscebãt autem illũ, quòd ipse erat qui ad eleëmosynam sedêbat ad speciôsam portam templi: & impleti sunt stupôre, & extasi, in eo quod contigerat illi. Cùm tenêret autẽ Petrum, & Ioannem, cucurrit omnis populus ad eos ad porticum, quæ appellâtur Salomônis stupẽtes. Videns autem Petrus, respondit ad populum: Viri Israëlitæ, quid miramini in hoc, aut nos quid intue-

tuemini; quaſi noſtra virtûte, aut poteſtâte fecerimus hunc ambulâre? Deus Abraham, & Deus Iſaac, & Deus Iacob, Deus patrum noſtrôrum glorificâuit Filium ſuum Ieſum: quem vos quidem tradidiſtis, & negaſtis ante faciem Pilati, iudicante illo dimitti. Vos autem ſanctum, & iuſtum negaſtis, & petiſtis virum homicidam donari vobis. Auctôrem verò vitæ inter feciſtis, quem Deus ſuſcitâuit à mortuis, cuius nos teſtes ſumus. Et in fide nominis eius, hunc, quẽ vos vidiſtis, & noſtis, confirmâuit nomẽ eius: & fides, quæ per eum eſt, dedit integram ſanitâtem iſtam in conſpectu omniũ veſtrûm.

℟. Benedictum eſt nomẽ tuum, Deus patrũ noſtrôrum, qui cùm irâtus fueris, miſericordiæ recordaberis, * Et in tempore tribulatiônis peccâta dimittis. ℣. Et benedictum nomen maieſtâtis tuæ in æternũ, qui facis mirabilia ſolus. * Et in tempore.

Benedictio. Spiritus Sancti gratia.

Lectio iij. *Cap.* 4.

FActum eſt autem in craſtinum, vt congregarentur principes eôrum, & ſeniores, & ſcribæ in Ieruſalẽ, & Annas princeps Sacerdôtum, & Caiphas, & Ioannes, & Alexãder, & quotquot erant de genere Sacerdotali. Et ſtatuentes eos in medio, interrogabant: In qua virtûte, aut in quo nomine feciſtis hoc vos? Tunc replêtus Spiritu Sancto Petrus, dixit ad eos: Principes populi, & ſeniores, audîte: Si nos hodie diiudicâmur in be-

benefacto hominis in firmi, in quo iſte ſaluus factus eſt, notum ſit omnibus vobis, & omni plebi Iſraël: quia in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti Nazareni, quem vos crucifixiſtis, quem Deus ſuſcitâuit à mortuis: in hoc iſte adſtat coram vobis ſanus. Hic eſt lapis, qui reprobâtus eſt à vobis ædificātibus, qui factus eſt in caput anguli: & nõ eſt in alio aliquo ſalus. Nec enim aliud nomen eſt ſub cœlo datum hominibus, in quo oporteat nos ſaluos fieri.

℟. Laudâbo nomen tuum aſſiduè. * Et collaudâbo illud in confeſſiône. ℣. Lętâbor, & exultâbo in te: pſallam nomini tuo Altiſſime. * Et collaudâbo. ℣. Gloria Patri. * Et collaudâbo.

In ſecũdo Nocturno. Aña. Memores erunt nominis tui Domine, in omni generatiône, & generatiônẽ.

Pſalm. 44.

ERuctâuit cor meum verbum bonum: * dico ego opera mea Regi.

Lingua mea calamus ſcribe, * velociter ſcribentis.

Speciôſus forma præ filijs hominum, diffûſa eſt gratia in labijs tuis: * proterea benedixit te Deus in æternum.

Accingere gladio tuo ſuper femur tuum, * potentiſsime.

Specie tua, & pulchritudine tua * intende, proſperè, procêde, & regna.

Propter veritâtem, & mãſuetudinem, & iuſtitiam: * & dedûcet te mirabiliter dextera tua.

Sagittæ tuæ acutæ, populi ſub te cadent, * in corda inimicorum regis.

Sedes

S edes tua Deus in sæculũ sæculi: * virga directiônis virga regni tui.

D ilexisti iustitiá, & odisti iniquitâtem: * propterea vnxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis.

M yrrha, & gutta, & casia, à vestimentis tuis, à domibus eburneis: * ex quibus delectauerunt te filiæ regũ in honôre tuo.

A stitit Regina à dextris tuis in vestitu de aurato, * circumdata varietâte.

A udi filia, & vide, & inclina aurem tuam: * & obliuiscere populum tuum, & domum patris tui.

E t concupiscet Rex decôrem tuum: * quoniam ipse est Dominus Deus tuus, & adorabunt eum.

E t filiæ Tyri in muneribus * vultum tuum deprecabuntur, omnes diuites plebis.

O mnis gloria eius filiæ Regis abintus, * in fimbrijs aureis circumamicta varietatibus:

A dducentur Regi virgines post eam: * proxime eius afferentur tibi:

A fferentur in lætitia, & exultatiône: * adducentur in templum Regis.

P ro patribus tuis nati sunt tibi filij: * constitues eos principes super omnem terram.

M emores erunt nominis tui * in omni generatiône, & generatiônem.

P ropterea populi confitebuntur tibi in æternum, * & in sæculum sæculi.

Aña. Memores erunt nominis tui Domine, in omni generatiône, & generatiônem. Aña. Magnificâte Dñum mecum, & exaltêmus nomẽ eius in idipsũ.

Psal-

Pſalmus 45.

DEus noſter refugiũ, & virtus:* adiûtor in tribulationibus,quæ invenerunt nos nimis.

P ropterea nõ timebimus dum turbabitur terra:* & transferentur montes in cor maris.

S onuerũt,& turbatæ ſunt aquæ eôrum:* conturbati ſunt montes in fortitudine eius.

F luminis impetus lætificat ciuitâtem Dei: * ſanctificâuit tabernaculũ ſuũ Altiſſimus.

D eus in medio eius, non commouebitur: * adiuuâbit eam Deus manè diluculo.

C onturbatæ ſunt gentes, & inclinâta ſunt regna: * dedit vocem ſuam, mota eſt terra.

D ominus virtutum nobiſcum:* ſuſceptor noſter Deus Iacob.

V enîte, & vidête opera Domini, quæ poſuit prodigia ſuper terram: * auferens bella vſque ad finem terræ.

A rcum conteret, & confringet arma:*& ſcuta cõbûret igni:

V acâte, & vidête quoniã ego ſumDeus:* exaltâbor in gentibus, & exaltâbor in terra.

D ominus virtûtum nobiſcum:* ſuſceptor noſter Deus Iacob.

Aña. Magnificâte Dominum mecum, & exaltêmus nomen eius in idipſum.

Aña. Omnes gentes quaſcumque feciſti,venient,& adorabunt coram te Domine:& glorificabunt nomen tuum.

Pſalmus 86.

F Vndamenta eius in montibus ſanctis:* diligit Dominus portas Sion ſuper omnia tabernacula Iacob.

G loriôſa dicta ſunt de te, * ciuitas Dei.

M emor ero Rahab, & Babylônis * ſcientium me.

E cce elienigenę, & Tyrus, & populus Æthiopum, * hi fuerunt illic.

N unquid Sion dicet: Homo, & homo natus eſt in ea: * & ipſe fundâuit eam Altiſſimus?

D ominus narrâbit in ſcripturis populôrum, & principum; * horum, qui fuerunt in ea.

S icut lætantium omnium * habitatio eſt in te.

Aña. Omnes gentes quaſcumque feciſti, venient, & adorabunt coram te Domine, & glorificabunt nomē tuum. ℣. Propter gloriam nominis tui Domine libera nos. ℟. Et propitius eſto peccatis noſtris, propter nomen tuum. Pater noſter. Abſolutio. Ipſius pietas. ℣. Iube Domne. Benedictio. Deus Pater omnipotens.

Sermo S. Bernardi Abbâtis

Lectio iv.

N On otioſè Spiritus Sanctus nomē ſponſi oleo comparat, cùm ita docet ſponſam ad ſpōſum clamâre: Oleum effûſum nomen tuum. Oleū enim lucet, paſcit, & vngit. Fouet ignem, nutrit carnem, lenit dolôrem: lux, cibus, medicina. Vide idem núc & de ſponſi nomine. Lucet prædicâtum, paſcit recogitâtum, inuocâtum lenit, & vngit. Et percurrâmus ſingula. Vnde putas in toto orbe, tanta, & tam ſubi-

ta fidei lux,niſi deprędicato nomine Ieſu?Nonne in huius nominis luce Deus nos vocâuit in admirabile lumen ſuum, quibus illuminatis, & in lumine iſto videntibus lumen, dicat meritò Paulus: Fuiſtis aliquando tenebræ,nunc autem lux in Domino?

℟. Sperent in te,qui nouerunt nomẽ tuum. * Quoniam nõ de reliquiſti quærẽtes te Domine. ℣. Exurge Domine,ad iuua nos,& libera nos propter nomen tuum. * Quoniam.

Benedictio. Chriſtus perpetuæ.

Lectio v.

HOc denique nomẽ coram Regibus, & Gentibus, & filijs Iſraël portâre iuſſus eſt idem Apoſtolus,& portâbat nomen tamquam lumen, & illuminâbat patriam: & clamâbat vbîque: Nox præceſſit, dies autẽ appropinquâuit. Abijciâmus ergo opera tenebrârum, & induâmur arma lucis,ſicut in die honoſtè ambulêmus.Et monſtrâbat omnibus lucernam ſuper cande labrum,annuntians in omni loco Ieſum,& hunc crucifixum. Quomodo lux iſta replenduit,ac perſtrinxit cunctôrum intuẽtium oculos,quando de ore Petri, tanquam fulgur egrediens, claudi vnîus corporales plantas ſolidâuit, & baſes,multoſque ſpiritualiter cœcos illuminâuit? Nunquid non ignem ſparcit,cùm ait:In nomine Ieſu Chriſti Nazareni,ſurge, & ambula?

℟. Confiteâmur nomini tuo magno, * Quoniam terribile, & ſanctum eſt. ℣. Hi incurribus, & hi in

equis, nos autem in nomine Domini Dei nostri inuocabimus. * Quoniam.

Benedictio. Ignem sui amôris.

Lectio vj.

NEc tantùm lux est nomen Iesu, sed est & cibus. An non toties cõfortâris, quoties recordâris? Quid æquè mentem cogitantis impinguat? Quid ita exercitatos reparat sensus. Virtutes roborat? Vegetat mores bonos, atque honestos? Castas fouet affectiones? Aridus est omnis animæ cibus, si non oleo isto infunditur. Insipidus est, si non hoc sale condîtur. Si scribas, non sapit mihi, nisi legero ibi Iesum. Si disputes, aut conferas, non sapit mihi, nisi sonuerit ibi Iesus. Iesus mel in ore, in aure melos, in corde iubilus. Sed est & medicîna. Tristâtur aliquis nostrûm? Veniat in cor eius Iesus, & inde saliat in os. Et ecce adexortum nominis lumen, nubilum omne diffugit, reddit serênum. Labitur quis in crimen? Currit insuper adlaqueum mortis desperando? Nonne, si inuocet nomen vitæ, confestim respirâbit ad vitam? ℟. Lætentur omnes, qui sperant in te Domine, in æternum exultabunt, & habitâbis in eis, & gloriabuntur in te omnes, * Qui diligunt nomen tuum. ℣. Domine in lumine vultus tui ambulabunt, & in nomine tuo exultabunt tota die. * Qui diligũt. ℣. Gloria Patri, & Filio. * Qui diligunt.

In tertio Nocturno, Añа.

Cantâte Domino, & benedicite nomini eius: annuntiâte de die in diem sa-

ſalutâre eius.

Pſalmus 95.

CAntâte Domino canticum nouum:* cantâte Domino omnis terra.

Cantâte Domino, & benedicite nomini eius: * annuntiâte de die in diem ſalutâre eius.

Annuntiâte inter Gentes gloriam eius, * in omnibus populis mirabilia eius.

Quoniam magnus Dominus, & laudabilis nimis: * terribilis eſt ſuper omnes Deos.

Quoniam omnes dij Gẽtium dœmonia: * Dominus autem cœlos fecit.

Confeſſio, & pulchritûdo in conſpectu eius: * ſanctimonia, & magnificentia in ſanctificatiône eius.

Afferte Domino patriæ Gentium, afferte Domino gloriam, & honôrem: * afferte Domino gloriam nomini eius.

Tollite hoſtias, & introite in atria eius: * adorate Dominũ in atrio ſancto eius.

Cõmoueâtur à facie eius vniuerſa terra: * dicite in Gentibus quia Dominus regnauit.

Etenim correxit orbem terræ, qui non commouebitur: * iudicauit populos in æquitâte.

Lætentur cœli, & exultet terra, commoueâtur mare, & plenitudo eius: * gaudebunt campi, & omnia quę in eis ſunt.

Tunc exultabunt omnia ligna ſaluârum à facie Domini, quia venit: * quoniá venit iudicâre terram.

Iudicâbit orbem terræ in æquitate, * & populos in veritâte ſua.

Aña. Cantâte Domino, & benedicite nomini eius:

annuntiâte de die in diem ſalutâre eius.

Aña. Secundum nomen tuum Deus, ſic & laus tua in fines terræ:iuſtitia plena eſt dextera tua.

Pſalmus 96.

DOminus regnâuit exultet terra:* lætentur inſulæ multæ.

Nubes, & calîgo in circuitu eius:* iuſtitia, & iudiciũ correctio ſedis eius.

Ignis ante ipſum præcêdet, * & inflammâbit in circuitu inimicos eius.

Illuxerunt fulgura eius orbi terræ: * vidit,& cõmôta eſt terra.

Montes ſicut cera fluxerunt à facie Domini; * à facie Domini omnis terra.

Annuntiauerunt cœli iuſtitiam eius: * & viderunt omnes populi gloriã eius.

Confundantur omnes qui adorant ſculptilia:* & qui gloriantur in ſimulacris ſuis.

Adorâte eum omnes Angeli eius: * audiuit, & lætâta eſt Sion.

Et exultauerunt filiæ Iudæ, * propter iudicia tua Domine.

Quoniam tu Dominus altiſſimus ſuper omnem terram: * nimis exaltâtus eſt ſuper omnes Deos.

Qui diligitis Dominum, odîte malum: * cuſtodit Dominus animas ſanctôrũ ſuôrum, de manu peccatôris liberâbit eos.

Lux orta eſt iuſto,* & rectis corde lætitia.

Lætamini iuſti in Dño: * & confitemini memoriæ ſanctificatiônis eius.

Aña. Secundum nomen tuum Deus, ſic & laus tua in fines terræ:iuſtitia tua plena eſt dextera tua.

Aña. Cantâte Deo,pſalmũ dicite

dicite nomini eius: iter facite ei, qui aſcendit ſuper occâſum: Dominus nomẽ illi.

Pſalmus 97.

CAntâte Domino canticum nouum: * quia mirabilia fecit.

Saluâuit ſibi dextera eius; *& brachium ſanctũ eius.

Notum fecit Dominus ſalutâre ſuum:* in conſpectu Gentium reuelâuit iuſtitiam ſuam.

Recordâtus eſt miſericordiæ ſuæ, * & veritatis ſuæ domui Iſraël.

Viderunt omnes termini terræ* ſalutare Dei noſtri.

Iubilâte Deo omnis terra: * cantate, & exultate, & pſallite.

Pſallite Domino in cithara, in cithara, & voce pſalmi: * in tubis ductilibus, & voce tubæ corneæ.

Iubilâte in conſpectu regis Domini: * moueâtur mare, & plenitûdo eius, orbis terrarum, & qui habitant in eo.

Flumina plaudent manu, ſimul montes exultabunt à conſpectu Dñi:* quoniã venit iudicare terram.

Iudicabit orbem terrarũ in iuſtitia, * & populos in æquitate.

Ant. Cantâte Deo, pſalmũ dicite nomini eius: iter facite ei, qui aſcendit ſuper occaſum: Dominus nomẽ illi. ℣. Afferte Domino gloriam, & honôrem. ℟. Afferte Domino gloriam nomini eius. Pater noſter. Abſolutio. A vinculis. ℣. Iube Domne. Benedictio Euangelica lectio. Lectio S. Euangelij ſecundùm Lucam.

Lectio VII. *Cap.2.c.*

IN illo tempore: Poſtquã conſummati ſunt

 dies

dies octo, vt circumciderêtur puer, vocatũ est nomen eius Iesus. Et reliqua.

Homilia S. Bernardi Abb.

Ser.1.de Circumcisione.

Lectio jv.

MAgnum, & mirabile Sacramentũ. Circumciditur puer, & vocatur Iesus. Quid sibi vult ista cõnexio? Circumcisio nẽpe magis saluandi, quàm saluatôris esse vidêtur: & saluatôrem circumcidere potiùs decet, quàm circũcidi. Sed agnosce mediatôrem Dei, & hominum, qui ab ipso natiuitatis suæ exordio diuinis humana sociat, ima summis. Nascitur ex muliere, sed cui fæcunditatis fructus sic accêdat, vt non decidat flos virginitâtis. Pannis inuoluitur: sed panni ipsi Angelicis laudibus honorantur. Absconditur in præsepio: sed proditur radiante stella de cœlo. Sic & circumcisio veritâtem susceptæ probat humanitâtis; & nomen, quod est super omne nomen, gloriam indicat maiestátis. Circumciditur tãquam verus Abrahæ filius, Iesus vocâtur tãquam Filius Dei.

℞. Tribulatiônem, & dolôrem inuenit, * Et nomẽ Domini inuocaui. ℣. Turris fortissima nomen Dñi, in ipso speraui, & adiûtus sum. * Et nomen.

Benedictio. Diuinum auxilium.

Lectio viij.

NEque enim ad instar priôrum meus iste Iesus nomen vacuum, aut inâne portat. Non est in eo magni nominis vmbra, sed veritas. Cœlitus siquidem inditum nomen Euangelista testâtur, quod vo-

vocatum eſt ab Angelo, priuſquam in útero conciperêtur. Et attende verbi profunditâtem: Poſtquam natus eſt Ieſus, Ieſus vocatur ab hominibus, qui vocatus eſt ab Angelo, priuſquam in útero conciperêtur. Idem quippè, & Angeli ſaluator, & hominis, ſed hominis ab Incarnatione, Angeli ab initio creaturæ. Vocatum eſt, ait, nomen eius Ieſus, quod vocatum eſt ab Angelo. In ore ergo duôrum, vel trium teſtium ſtat omne verbum, & ipſum, quod in Propheta abbreuiatum, manifeſtiùs in Euangelio legitur, caro factum.

℟. Expectabo nomẽ tuum Domine, * Quoniam bonum eſt in conſpectu ſanctôrum tuôrum. ℣. Vt cõfiteamur nomini ſancto tuo, & gloriêmur in laude tua. * Quoniam. ℣. Gloria Patri. * Quoniam.

Nona lectio de S. Mauro Abbate.

Benedictio. Ad ſocietatẽ.

Lectio jx.

MAurus nobilis Romanus, puer à patre Eutychio Deo ſub ſancti Benedicti diſciplina oblátus, breui tantum Diuina gratia profêcit, vt ipſi magiſtro admirationi eſſet: qui illum ſæpe veluti regularis obſeruantiæ, & virtûtum omnium ſpecimen, ceteris diſcipulis ad imitandum proponêbat. Cuius adhuc adoleſcentis illud admirabilis obedientiæ exemplum à ſancto Gregorio Papa commemoratur. Nam cùm Placidus monachus in lacum prolapſus, aquarum impetu raperêtur, Sancti Patris iuſſu accurrens Maurus, & ſu-

ſuper aquas incedens, ſociũ capillis apprehenſum, ad terram attraxit. Miſſus in Galliam ab eôdem Sancto Benedicto, celebri monaſterio extructo, cui annos quadraginta præfuit, monaſticam diſciplinam mirificè propagâuit. Denique ſanctitate, & miraculis clarus, ſeptuagenario maior migrâuit in cęlum, anno ſalûtis quingenteſimo ſexageſimo quinto. Te Deum.

Pro Eccleſijs, in quibus hoc Feſtum eſt Titulare.

Lectio ix.

MEritò ſanè dum circũciditur puer, qui natus eſt nobis, ſaluâtôr vocâtur: quòd videlicet ex hoc iam cœperit operari ſalûtem noſtram immaculatum illum pro nobis ſanguiné fundens. Neque enim iam quærere eſt Chriſtianis, cur voluerit Dominus Chriſtus circumcidi. Propter hoc ſiquidem circumciſus eſt, propter quod natus, propter quod paſſus. Nihil horum propter ſe, ſed omnia propter electos. Nec in peccato genitus, nec à peccato circumciſus, nec mortuus eſt pro peccato ſuo: magis autem propter delicta noſtra. Quod vocâtum eſt, inquit, ab Angelo, priuſquam in útero conciperêtur. Vocâtum planè, non impoſitum. Nempè hoc ei nomen eſt abæterno. A natura propria habet, vt ſit ſaluâtor: innâtum eſt ei nomen hoc, non inditum ab humana, vel Angelica creatura. Te Deum.

Si verò hoc Feſtum venerit in Dominica nona lectio erit ſequens.

Benedictio. Per Euange-

gelica dicta.

Lectio ſancti Euangelij ſecundum Ioannem.

Lectio jx. *Cap.2.*

IN illo tempore:Nuptię factæ ſunt in Cana Galileę,& erat mater Ieſu ibi. Vocatus eſt autem Ieſus, & diſcipuli eius ad nuptias. Et reliqua.

Homilia S. Auguſtini Epiſcopi.

Tract.9.in Ioan.poſt initiũ.

QVòd Dominus inuitâtus venit ad nuptias, etiam excepta Myſtica ſignificatiône, confirmâre voluit quòd ipſe fecit nuptias.Futuri enim erant,de quibus dixitApoſtolus,prohibentes nubere, & dicentes quòd malum eſſent nuptiæ, & quòd diabolus eas feciſſet:cùm idem Dominus dicat in Euangelio,interrogâtus vtrùm liceat homini dimittere vxôrem ſuam ex qualibet cauſa,nõ licêre,excepta cauſa fornicatiônis.In qua reſponſione, ſi meminiſtis, hoc ait: QuodDeus coniunxit,homo non ſeparet.

Hymnus Sanctorum Ambroſii.& Auguſtini.

TE Deum laudâmus: te Dominum confitêmur.

Te æternumPatrem:omnis terra venerâtur.

Tibi omnes Angeli : tibi cœli, & vniuerſæ poteſtates:

Tibi Cherubim, & Seraphim inceſſabili voce proclamant.

Sanctus, Sanctus, Sanctus: Dñus Deus Sabaoth.

Pleni ſunt cœli, & terra: maieſtatis gloriæ tuæ.

Te gloriôſus Apoſtolorũ chorus,

Te Prophetârum laudabilis

bilis numerus,

Te Martyrum candidâtus laudat exercitus.

Te per orbem terrarum, sancta confitêtur Ecclesia.

Patrem immensæ maiestâtis,

Venerandum tuum verũ, & vnicum Filium,

Sanctum quoque Paraclitum Spiritum.

Tu Rex gloriæ Christe

Tu Patris sempiternus es Filius.

Tu ad liberandum suscep tûrus hominem: non horruisti Virginis vterum.

Tu deuicto mortis aculeo: aperuisti credentibus regna cœlorum.

Tu addexteramDei sedes: in gloria Patris.

Iudex crederis esse ventûrus.

Te ergo quæsumus, tuis famulis subueni:quos pretioso sanguine redemisti.

Æterna fac cum sanctis tuis:in gloria numerari.

Saluum fac populum tuũ Domine:& benedic hereditati tuæ.

Et rege eos:& extolle illos vsque in æternum.

Per singulos dies benedicimus te.

Et laudamus nomẽ tuum in sæculum:& in sæculum sæculi.

Dignâre Domine die isto: sine peccato nos custodire.

Miserêre nostri Domine: miserêre nostri.

Fiat misericordia tua Domine super nos : quemadmodum sperauimus in te.

In teDomine speraui:non confundar in æternum.

Ad Laudes,& per Horas, Antiph.

Oleum effûsum nomen tuum, ideò adolescentulæ dilexerunt te.

Psal-

Pſalmus 92.

DOminus regnâuit, decôrem indûtus eſt:* indûtus eſt Dominus fortitudinem, & præcinſit ſe.

Etenim firmâuit orbem terræ, * qui non commouebitur.

Parâta ſedes tua ex tunc:* à ſæculo tu es.

Eleuauerunt flumina Domine: * eleuauerunt flumina vocem ſuam.

Eleuauerunt flumina fluctus ſuos, * à vocibus aquârum multârum.

Mirabiles elationes maris, *mirabilis in altis Dñus.

Teſtimonia tua credibilia facta ſunt nimis:*domum tuam decet ſanctitûdo Domine in longitudinẽ diêrum.

Aña. Oleum effûſum nomen tuum,ideò adoleſcentulæ dilexerunt te.

Aña. Scitôte, quia Dominus ipſe eſt Deus, cuius nomen in æternum.

Pſalmus 99.

IVbilâte Deo omnis terra: * ſeruîte Domino in lætitia.

Introîte in cõſpectu eius, * in exultatiône.

Scitôte quòniam Dominus ipſe eſt Deus: * ipſe fecit nos,& non ipſi nos:

Populus eius,& oues paſquæ eius: * introîte portas eius in confeſſione, atria eius in hymnis:confitemini illi.

Laudâte nomen eius:quòniam ſuâuis eſt Dominus, in æternum miſericordia eius,* & vſque in generatiônem, & generatiônem veritas eius.

Aña. Scitôte, quia Dominus ipſe eſtDeus,cuius nomen in æternum.

Aña. Sitíuit anima mea ad no-

nomẽ ſanctum tuum Domine.

Pſalmus 62.

DEus Deus meus*ad te de luce vigilo.

Sitîuit in te anima mea, * quàm multipliciter tibi caro mea.

In terra deſerta,& inuia,& inaquoſa : * ſic in ſancto apparui tibi, vt vidêrem virtûtem tuam,& gloriam tuam.

Quoniam melior eſt miſericordia tua ſuper vitas:* labia mea laudabunt te.

Sic benedicam te in vita mea : * & in nomine tuo leuâbo manus meas.

Sicut adipe,& pinguedine repleatur anima mea: * & labijs exultatiônis laudabit os meum.

Si memor fui tui ſuper ſtratum meum,in matutinis meditabor in te:* quia fuiſti adiûtor meus.

Et in velamento alarum tuarum exultabo, adhæſit anima mea poſt te : * me ſuſcêpit dextera tuà.

Ipſi verò in vanum quæſierunt animam meam,introibunt in inferiôra terræ : * tradentur in manus gladij,partes vulpiũ erunt.

Rex verò lætabitur in Deo, laudabuntur omnes qui iurant in eo:*quia obſtructum eſt os loquentium iniqua.

Hic non dicitur. Gloria Patri.

Pſalmus 66.

DEus miſereatur noſtri, & benedicat nobis:* illuminet vultum ſuum ſuper nos, & miſereâtur noſtri.

Vt cognoſcâmus in terra viam tuam, * in omnibus Gentibus ſalutâre tuum.

Confiteantur tibi populi Deus : * confiteantur tibi po-

populi omnes.

L ætentur, & exultent Gẽtes:* quoniam iudicas populos in æquitâte, & Gentes in terra dirigis.

C onfiteantur tibi populi Deus: confiteãtur tibi populi omnes: * terra dedit fructum ſuum.

B enedicat nos Deus, Deus noſter, benedicat nos Deus: * & metuant eum omnes fines terræ. G loria Patri.

Aña. Sitîuit anima mea ad nomẽ ſanctum tuum Domine.

Aña. Benedictum nomen gloriæ ſuæ, ſanctum, & laudabile, & ſuper exaltâtum in ſæcula.

Canticũ puerorũ. *Dan.* 3.

B Enedicite omnia opera Domini Domino:* laudâte, & ſuperexaltate eum in ſæcula.

B enedicite Angeli Domini Domino: * benedicite cœli Domino.

B enedicite aquæ omnes, quæ ſuper cœlos ſunt, Domino:* benedicite omnes virtutes Domini Dño.

B enedicite ſol, & luna Domino: * benedicite ſtellæ cœli Domino.

B enedicite omnis imber, & ros Domino:* benedicite omnes ſpiritus Dei Domino.

B enedicite ignis, & æſtus Domino:* benedicite frigus, & æſtus Domino.

B enedicite rores, & pruina Domino:* benedicite gelu, & frigus Domino.

B enedicite glacies, & niues Domino:* benedicite noctes, & dies Domino.

B enedicite lux, & tenebrę Domino:* benedicite fulgura, & nubes Domino.

B enedicat terra Dominũ: * laudet, & ſuperexaltet eum

eum in sæcula.

Benedicite montes, & colles Domino:* benedicite vniuersa germinantia in terra Domino.

Benedicite fontes Domino: * benedicite mária, & flumina Domino.

Benedicite cete, & omnia quæ mouentur in aquis, Domino:*benedicite omnes volucres cœli Dño.

Benedicite omnes bestiæ, & pécora Domino : * benedicite filij hominum Domino.

Benedicat Israël Dominũ: * laudet, & superexaltet eum in sæcula.

Benedicite sacerdotes Domini Domino : * benedicite serui Domini Dño.

Benedicite spiritus, & animæ iustôrum Domino : * benedicite sancti, & humiles corde Domino.

Benedicite Ananía, Azaría, Misaël Domino:* laudâte, & superexaltâte eum in sæcula.

Benedicamus Patrem, & Filium cum sancto Spiritu: * laudêmus, & superexaltêmus eum in sæcula.

Benedictus es Domine in firmamento cœli:* & laudabilis, & gloriôsus, & superexaltâtus in sæcula.

Hic non dicitur Gloria Patri, neque Amen.

Ant. Benedictum nomen gloriæ suæ sanctum, & laudabile, & super exaltâtum in sæcula.

Ant. Iuuenes, & virgines, senes cum iunioribus laudâte nomen Domini, quia exaltâtum est nomen eius solîus.

Psalmus 148.

LAudâte Dominũ de cœlis:* laudâte eum in excelsis.

Laudâte eum omnes Angeli

geli eius: * laudâte eum omnes virtutes eius.

L audâte eum sol, & luna: * laudate eum omnes stellæ, & lumen.

L audâte eum cœli cœlôrum: * & aquæ omnes quę super cœlos sunt, laudent nomen Domini.

Q uia ipse dixit, & facta sunt: * ipse mandâuit, & creata sunt.

S tauit ea in æternum, & in sæculum sæculi: * præceptum posuit, & non præterîbit.

L audâte Dñum de terra: * dracones, & omnes abyssi:

I gnis, grando, nix, glacies, spiritus procellârum: * quę faciunt verbum eius:

M ontes, & omnes colles: * ligna fructífera, & omnes cedri:

B estiæ, & vniuersa pécora: * serpentes, & vólucres pennatæ:

R eges terræ, & omnes populi: * principes, & omnes iudices terræ.

I uuenes, & virgines, senes cum iunioribus laudent nomen Domini: * quia exaltâtum est nomen eius solîus.

C onfessio eius super cœlum, & terram: & exaltâuit cornu populi sui.

H ymnus omnibus sanctis eius: * filijs Israël, populo appropinquanti sibi.

Hic non dicitur G loria Patri.

Psalmus 149.

C Antâte Dño canticũ nouum: * laus eius in Ecclesia sanctôrum.

L ætêtur Israël in eo, qui fecit eum: * & filij Sion exultent in rege suo.

L audent nomen eius in choro: * in tympano, & psalterio psallant ei.

Q uia beneplacitũ est Do-

mino in populo ſuo : * & exaltâbit manſuetos in ſalutem.

E xultábunt ſancti in gloria:* lætabuntur in cubilibus ſuis.

E xaltationes Dei in gutture eorum:* & gladij ancipites in manibus eorum;

A d faciendam vindictam in nationibus : * increpationes in populis:

A d alligandos reges eorũ in compedibus:* & nobiles eorum in manicis ferreis:

V t faciant in eis iudicium conſcriptum:* gloria hæc eſt omnibus ſanctis eius.

Hic non dicitur Gloria Patri.

Pſalmus 150.

LAudâte Dominũ in ſanctis eius:* laudâte eum in firmamento virtutis eius.

L audâte eum in virtutibus eius:* laudâte eum ſecundùm multitudinem magnitudinis eius.

L audâte eum in ſono tubæ: * laudâte eum in pſalterio, & cithara.

L audate eum in tympano, & choro: * laudâte eũ in chordis, & organo.

L audâte eum in cymbalis beneſonantibus: laudâte eum in cymbalis iubilationis : * omnis ſpiritus laudet Dominum. Gloria Patri.

Aña. Iuuenes, & virgines, ſenes cum iunioribus laudâte nomen Domini, quia exaltâtum eſt nomen eius ſolîus.

Capitulum. *Philip.2.*

FRatres : Chriſtus humiliâuit ſemetipſum, factus obediẽs vſque ad mortem, mortem autẽ Crucis : propter quod , & Deus exaltâuit illum , & do-

donauit illi nomen, quod est super omne nomen; vt in nomine Iesu omne genu flectatur. ℟. Deo gratias.

HYMNVS.

IEsu, decus Angelicum,
In aure dulce cánticum,
In ore mel mirificum,
In corde nectar cœlicum.
Qui te gustant, esuriunt,
Qui bibunt, adhuc sitiunt,
Desiderâre nesciunt,
Nisi Iesum, quem diligunt.
O Iesu mi dulcissime,
Spes suspirantis animæ!
Te quærunt piæ lacrymæ,
Te clamor mentis intimæ.
Mane nobiscum Domine,
Et nos illustra lumine,
Pulsa mentis caligine,
Mundum reple dulcedine.
Iesu, flos Matris Virginis,
Amor nostræ dulcedinis,
Tibi laus, honor nominis,
Regnum beatitudinis. Amen.

℣. Adiutorium nostrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit cœlú, & terrá.

Ad Benedictus Aña.

Dedit se, vt liberâret populum, & acquireret sibi

nomẽ æternum, Alleluia.

Canticum Zachariæ.

Lucæ 1.g.

BEnedictus Dominus Deus Iſraël, * quia viſitauit, & fecit redemptionem plebis ſuæ:

Et eréxit cornu ſalûtis nobis, * in domo Dauid púeri ſui.

Sicut locûtus eſt per os ſanctôrum, * qui à ſæculo ſunt, prophetârum eius:

Salûtem ex inimicis noſtris, * & de manu omniũ, qui odérunt nos:

Ad faciendam miſericordiam cũ patribus noſtris: * & memorari teſtamenti ſui ſancti.

Iuſiurandum, quod iurauit ad Abraham patrem noſtrum, * datûrum ſe nobis:

Vt ſine timôre, de manu inimicôrum noſtrôrum liberati, * ſeruiâmus illi;

In ſanctitate, & iuſtitia coram ipſo, * omnibus diêbus noſtris.

Et tu puer, Propheta Altiſſimi vocaberis: * præibis enim ante faciem Domini parâre vias eius:

Ad dandam ſcientiam ſalutis plebi eius, * in remiſſionem peccatorũ eorum:

Per viſcera miſericordiæ Dei noſtri: * in quibus viſitauit nos, oriens ex alto:

Illuminâre his, qui in tenebris, & in vmbra mortis ſedent: * ad dirigendos pedes noſtros in viam pacis.

Gloria Patri, & Filio.

Añа. Dedit ſe, vt liberâret populum, & acquireret ſibi nomen æternum. Allel.

Oratio.

DEus, qui vnigenitũ Filium tuum conſtituiſti humáni géneris Saluatôrem, & Ieſum vocari iuſſiſti: concêde pro-

pitius, vt cuius ſanctum nomen venerâmur in terris, eius quoque aſpectu perfruâmur in cœlis. Per eumdem Dñum noſtrũ.

Et fit cõmem. S. Mauri Abbatis.

Añа. Euge ſerue bone, & fidêlis, quia in pauca fuiſti fidêlis, ſupra multa te conſtituam, intra in gaudium Domini tui. ℣. Iuſtum deduxit Dominus per vias rectas. ℟. Et oſtendit illi regnum Dei.

Oratio.

INterceſſio nos, quæſumus Domine, beati Mauri Abbatis commendet: vt quod noſtris meritis non valêmus, eius patrocinio aſſequâmur. Per Dominum noſtrum.

Si venerit hoc feſtum in Dominica fit cõmem. de ea antequam comm. S. Mauri.

Pro commem. Dñæ 2. poſt Epiphan.

Añа. Nuptiæ factæ ſunt in Cana Galilææ, & erat ibi Ieſus cum Maria matre ſua. ℣. Dominus regnâuit decôrem induit. ℟. Induit Dominus fortitudinem, & præcinxit ſe virtûte.

Oratio.

OMnipotens ſempiterne Deus, qui cœleſtia ſimul, & terrêna moderâris: ſupplicationes populi tui cleméter exaudi, & pacem tuam noſtris concêde tempóribus. Per Dominum noſtrum.

Ad Primam, Añа. Oleũ, & in ℟. breui dicitur ℣. Qui natus es de Maria Virgine.

Ad Tertiam, Añа. Scitôte. Capitulũ Fratres, Chriſtus humiliâuit.

℟. breue. Sit nomen Domini benedictum, Alle-

 luia,

luia, Alleluia. Sit nomen Domini. ℣. Ex hoc nunc & vſque in ſæculum. Alleluia. Alleluia. ℣. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto. Sit nomen Dimini. ℣. AfferteDomino gloriam,& honôrem, Allel. ℟. Afferte Domino gloriã nomini eius, Alleluia.

Ad Sextam, Aña. Sitiuit anima mea.

Capitulum. *Philip.* 2.

IN nomine Ieſu omne genufle ctatur, cœleſtium, terreſtrium, & infernôrum, & omnis lingua confiteâtur, quia Dominus Ieſus Chriſtus in gloria eſt Dei Patris.

℟. breue. Afferte Domino gloriã, & honôrem. * Alleluia, Alleluia. ℣. Afferte Domino gloriam nomini eius, Allel. Gloria. Afferte. ℣. Magnificâte Dominum mecum, Allel. ℟. Et exaltêmus nomen eius in idipſum, Alleluia.

Ad Nonam, Aña. Iuuenes.

Capitulum. *Coloſ.* 2.

OMne quodcumque facitis in verbo, aut in opere, omnia in nomine Domini Ieſu Chriſti facite, gratias agentes Deo, & Patri per ipſum.

℟. breue Magnificâte Dominum mecum. * Alleluia, Alleluia. ℣. Et exaltêmus nomen eius in idipſum, Allel. Gloria. Magnificâte. ℣. Adiutorium noſtrum in nomine Domini, Alleluia. ℟. Qui fecit cęlum, & terram, Allel.

In ſecūdis Veſperis, omnia dicuntur ſicut in primis.

Ad Magnificat, Aña.

Vocabis nomen eius Ieſum: ipſe enim ſaluum faciet populum ſuum à peccatis eôrum, Alleluia.

Ora-

Oratio vt supra. Deinde fit commem. S. Marcelli Pap. & Mart.

Aña. Iste sanctus pro lege Dei sui certâuit vsque ad mortem, & à verbis impiôrum non timuit: fundâtus enim erat supra firmam petram. ℣. Gloria, & honôre coronasti eum Domine. ℟. Et constituisti eum super opera manuum tuarum.

Oratio.

PReces populi tui, quæsumus Domine, clementer exaudi: vt beati Marcelli Martyris tui atque Pontificis meritis adiuuemur, cuius passione lætamur. Per Dominum nostrum.

Nisi sequatur Dominica, quia tunc fit commem. de ea vt supra. 7.

Si verò hoc festum venerit in Dominica fit commem. de ea.

Aña. Deficiente vino, iussit Iesus impleri hydrias aqua, quæ in vinum conversa est, Alleluia. ℣. Dirigâtur Dñe oratio mea. ℟. Sicut incensum in conspectu tuo. Oratio. Omnipotens sempiterne Deus, vt supra 37. in Laudibus. Et postea fit commem. S. Marcelli.

Die xjx. Ianvarij.

In festo S. Arcadij Vrsaonensis mart. Duplex maius. Omnia de communi vnius Martyris Oratio. Præsta quæsumus omnipotens Deus: vt qui beati Archadij martyris tui natalitia colimus, intercessione eius in tui nominis amôre roborêmur. Per Dominum.

Lectiones primi Noct. Fratres, debitores sumus,

de plurib.mart.In 2.Noct. Triumphâlis beati Martyris. In 3.Noct. Homil. super Euang. Siquis venit ad me. 9. lect. & comm. SS. Marij, & aliorum Mart.

DIE XX. IANVARIJ.

In festo SS. Fabiani, & Sebastiani Mart. dup. 2. classis. Omnia vt in Breuiar. sed lect. 1. Noct. Fratres, debitores sumus, de commun.

DIE XXIIJ. FEBRVAR.

In festo S. Florentij Hispal. Conf. dup. 2. clas. Omnia de commun. Conf. non Pont.

Oratio.

ADesto Dñe supplicationibus nostris, quas in beati Florentij cõfessoris tui solẽnitate deferimus; vt qui nostræ iustitiæ fiduciam nõ habêmus, eius, qui tibi placuit, precibus adiuuêmur. Per Dominum nostrum.

Lect. 1. Noct. Iustus si morte. In 2. Noct. Beati. In 3. Noct. Homilia super Euang. Sint lumbi vestri præcinti. 9. lect. de Homil. & comm. Vigil. S. Mathiæ, nisi venerit in Quadragesi. vel in anno Bisextili.

DIE I. MARTIJ.

In festo SS. Leonis, Donati, Nizephori, Abundãtij, & aliorum Mart. Vt Iaonens. Duplex maius. Omnia de commun. plurim. Mart.

Oratio.

DEus, qui nos concêdis sanctorũ martyrum tuôrum Leonis, & sociorum eius, natalitia cólere: da nobis in æterna beatitudine de eorũ societâte gaudêre. Per Dñum.

Lect.

Lect.1.Noct. Fratres, debitores sumus. In 2.Noct. Quotiescũque, fratres charissimi. In 3.Noct. Homilia super Euang. Cum audieritis prælia. 9. lect. de Homil. & comm. fer. si venerit in Quadrages.

DIE xj. MARTIJ.

In Dedicatione Ecclesiæ Hispalens. duplex. 1. clas. Omnia, vt in communi Dedicationis Ecclesiæ prę ter lectiones secundi Nocturni.

Si hoc festum venerit in Dominica 1. Quadragesimæ, transfertur in primã diem non impeditam festo nouem Lectionum, quę erit Feria jv. quia in Feria ij. Sanctus Gregorius, & in tertia Feria Sanctus Leander sub duplici officio celebrantur, & in Feria iij. Vesperæ dicuntur de Dedicatione, cum commem. S. Leandri, & Feriæ.

Quando occurrerit in Dominica ij. aut iij. Quadragesim. fit de Festo Dedicationis, cum commemor. Dominicæ.

Quando regulariter in aliqua Feria celebratur, in primis Vesperis fit commem. Feriæ, in Matutino legitur nona Lectio de Homil. in Laudib. fit commemor. Feriæ, & in secundis Vesper. fit commem. S. Gregorij Pap. & Feriæ.

Ad Vesperas, Aña.

Domum tuam Domine decet sanctitudo. Cum reliquis de communi Dedicationis Ecclesiæ. Oratio.

Deus, qui nobis per singulos annos.

Lectiones primi Noct.

Cùm complesset Salomõ fundens preces, vt in communi. In secundo Noct.

Ex

Ex Hispaniæ Historijs, & Eccles. Hispal. monumentis.

Lectio jv.

CVm Ferdinãdus Castellæ, & Legiônis Rex, qui ob virtûtum pręstantiam Sancti cognomẽ est adeptus, magnam Bœticæ partem in suam ditionem recepisset, Hispalim eius Prouinciæ Principem vrbem magnis ex Hispána ferè nobilitâte contractis copijs obsedit, ad eam expeditiônem per visiônẽ à S. Isidoro (vt fertur) incitâtus. Quòd scilicet Sanctissimus Præsul suam Ecclesiam tot sæculis iam ab infidelibus profanatã Christo réstituendam curâret. Constanti etiam traditiône receptum est, pium Regem cum aliàs, tum in eo bello, Deíparæ Viginis (cuius sácram venerandæ maiestâtis imaginem quocũque îret in exercitu, secum ducebat, ac mira deuotione, & honôre prosequebatur) præsentem opem non semel sensisse. Capta ergo vrbe, Barbaris ex pacto, quò vellent abire permissis, Ferdinãdus felicem victoriam, non sibi, sed Deo eiusque sanctissimæ Matri acceptam referens, dictam imaginem triumphantis specie ornatissimo férculo impositam, ad templum quod eius nomine dicandum erat, deférri iubet.

℟. Orantibus in loco isto, * Dimitte peccâta populi tui Deus, & ostende eis viã bonam, per quam ámbulent, & da gloriam in loco isto. ℣. Qui regis Israël intende, qui dedûcis velut ouem Ioseph, qui sedes super Chérubim. Dimitte.

Lectio v.

HAc celebritâte triũphi eadem sacratissimæ Virginis imago, cum splendida Episcopôrum, & Sacerdotum processione signis, ac legionibus precedentibus, sequẽte postremum Rege, & procerum comitâtu, in vrbem delata, & in templo collocâta est, quod iam à Guttérrio Archiepiscopo Toletâno à superstitiônis sordibus fuerat expurgatum, & Christiano cultui restitutũ. Tum verò idem Toletânus præsul, Ecclesiã præsentibus Episcopis, & innumerabili populorum multitudine, solemni cæremonia, Deo in titulum, & honorem Beatissimæ Virginis Mariæ dedicauit. Cuius venerandam imaginem cum multis sanctorum reliquijs ibidem Rex reponi curauit.

℞. O quàm metuendus est locus iste: * Verè non est hîc aliud, nisi domus Dei, & porta cœli. ℣. Hæc est domus Domini firmiter ædificâta, bene fundâta est supra firmam petrã. Vere.

Lectio vj.

ADiecit mox animũ Rex ad res nouæ Ecclesiæ, per Philippum filium electum Archiepiscopum ordinandas institûto Canonicôrum cum Præbendis, & Dignitatibus honestíssimis nobilissimo collegio: cui ex Regia liberalitâte largi census cum multis prærogatiuis accessére. Cuius religionis, ac largitàtis exemplis, pósteri Reges magnis ornamentis, & nonnulli etiã cum eôdem sancto Rege sumptuosis sepulchris eam honestârunt. Augescente au-

autem posterioribus ſęculis populi multitudine, & religione, Eccleſia punicæ ſtructuræ ædificio multis partibus vitium faciente in pulchriôrem, atque ampliôrem formam à fundamentis in eôdem ſitu inſtaurâta eſt. Cuius dedicationem, atque inſtauratiônem vno die quinto, ſcilicet, Idus Martij, maioribus noſtris placuit celebrari.

℟. Manè ſurgens Iacob erigêbat lapidem in titulum, fundens oleum déſuper, votum vouit Domino. * Verè locus iſte ſanctus eſt, & ego neſciêbam. ℣. Cumq́ue euigilaſſet Iacob de ſomno, ait. Verè locus. Gloria. Verè.

In tertio Nocturno.

Homilia in Euangelium. Ingreſſus Ieſus perambulabat Iericho, vt in communi Dedicationis Eccleſiæ.

DIE XIIJ. MARTIJ.

In feſto S. Leandri Archiep. Hiſpal. & Confeſ. dup. 2. cla. Omnia vt in cõmuni Confeſſ. Pontif. præter hæc quæ ſequuntur.

Veſper. de S. Leandro, commem. S. Gregorij Pap. & Feriæ.

Si hoc feſtum venerit in aliqua Dominica Quadrageſim. officium fit de Dominica, & feſtũ transfertur in ſequentem diem, & in primis Veſperis fit commem. Dominicæ.

Regulariter fit commemor. Feriæ in primis, & ſecundis Veſper. & in Laudib. & 9. lect. legitur de Homilia.

Ad Veſp. Aña.

Ecce ſacerdos magnus. Cum reliq. de commun. Conf. Pontif.

Ad

Ad Magnificat. Aña. Sacerdos, & Pontifex, & virtûtum opifex, paſtor bone in populo ora pro nobis Dominum.

Oratio.

DEus, qui Arianam prauitâtem doctrina ſancti Confeſſoris tui, atque Pontificis Leandri, ex Hiſpánia populiſti: da plebi tuæ, vt eiuſdem méritis, & précibus ab omni errôrum, ac vitiôrum labe ſemper líbera conſeruetur. Per Dóminum.

In primo Noct. lect. Fidélis ſermo, de comm. Conf. Pontiſ.

In ſecundo Nocturno.

Ex B. Iſidoro, & Sanctorum Hiſpan. hiſtorijs.

Lectio jv.

LEander Archiepiſcopus Hiſpalenſis patre Seueriâno viro clariſſimo, & matre Theodora Carthâginis Spartariç Dominus ortus eſt. Fratres habuit Iſidorum Hiſpalenſem Archiepiſcopum, & Fulgentium Epiſcopú Aſtigitânum doctrina, & ſanctitâte prçſtantiſſimos, & Florentinam virginem religioſiſſimam. Quos ipſe maior natu accuratiſſimè in omni virtûtum, & diſciplinârum cultu inſtruxerat: lucébat enim in eo iá à teneris annis caſtiſſimæ vitæ intégritas, & morum gráuitas maximè venerabilis, quàm incomparabilis diuinârum humanârumque literârum doctrina illuſtrabat. Gliſcente eo tempore in ſeruos Dei hçreticôrum furôre, ſub Viſegothis Principibus, qui cú imperio Ariânam impietatem in Hiſpaniam inuexerant, & eius Eccleſias miſerè vexabant, publicç vitç per-

pertæsus in religiosum secessum se recépit, vt in proposito perfectiôris institûti sanctiùs Deo inseruiret, & pijs studijs, & meditationibus in tranquillo sese exerceret. Sed nóluit Deus clarissimam pietâtis lucernam in occulto delitéscere, sed in fastigio Ecclesiæ positam toti Hispaniæ prælucêre. Nam clero, & populo exposcente, è monasterio extractus, Archiepiscopus Hispalensis creâtus est.

℟. Inuêni Dauid seruum meum, oleo sancto meo vnxi eum: * manus enim mea auxiliábitur ei. ℣. Nihil proficiet inimîcus in eo, & filius iniquitâtis non nocêbit ei. Manus.

Lectio v.

SVsceptam Ecclesiam omni cura, & solicitudine gubernâuit, & vt perítus magister nauem in medijs tempestatibus saluam semper, & incólumē ab omni impietâtis errôre conseruâuit. Cleri, & populi mores ad veriorem disciplinam correxit. Solemnia Ecclesiæ officia hymnodiam, sacræ Missæ ritus, precesque, quibus eo tempore omnes Hispaniæ Ecclesiæ vtebantur, ordinâuit, & aúxit. Mónachis, & sacris virginibus præcepta dedit. Rebus Ecclesiæ ita compositis. Constátinopolim pro causis fidei Vbisigothôrū Legâtus profectus est: vbi ob eximiam religionem, & doctrinam multis in magna fuit existimatione, sancto Gregorio præcipuè, tunc Romani Pontificis Apocrisario: quo cum magna ei necessitudo, & familiáritas iam inde intercéssit. A quo postcà

ſteà ad Romanam Sedem aſſumpto, ipſe in Eccleſiam ſuam reuerſus, frequentes literas, eaſque, beneuolentiæ plenas, & pallij ornamentum, & morales in Iob commentarios, ſuo rogâtu conſcriptos accêpit.

℞. Poſui adiutorium ſuper potentem, & exaltáui electum de plebe mea: * Manus enim mea auxiliabitur ei. ℣. Inueni Dauid ſeruũ meum, oleo ſancto meo vnxi eum. Manus enim mea.

Lectio vj.

CVm autem Hermenegildus Leouigildi Regis filius, Leandri ſermonibus conuerſus fidei cõfeſſionem gloriôſo ſanguinis teſtimonio confirmaſſet, inflammâtus nouo furôre pater Eccleſias facultatibus, & paſtoribus orbâuit, Leandro in primis (cuius eſſet maior in propaganda religione auctoritas, & opera) & alijs Epiſcopis exilio mulctatis. Nec tamen in ipſo exilio deſtituit cum fidei hoſtibus liberè decertâre, editis doctiſſimis libris, quibus eorum perfidam confutâuit. Affulſit tamen Eccleſiæ poſt illam nubem optâta ſerénitas. Rex enim cum in morbum incidiſſet, ſub mortem in meliôrem mẽtem reuerſus, Leandrum cum alijs Epiſcopis ab exilio reuocâri iuſſit, eique Recarédi filij curam dedit, filio etiam Eccleſias inſtaurâre, Leandri conſilijs omnia fácere imperâuit. Quæ defuncto patre pius Rex Recáredus Leandro auctôre perfécit, cuius efficaci doctrina Gothis ad fidem conuerſis, Hiſpaniæ Epiſ-

Episcopos in Toletanam Synodum eius etiam opera conuenîre fecit. In qua sanctus Doctor elegantissima conciône patribus de gentis conuersiône congratulàtus est, multaque ad fidem, & disciplinam Ecclesiæ sanciendam, tum in ea Synodo, tum in altera, quam postea Hispali celebrâuit, constituenda curâuit. Demum religione restituta, & Ecclesiæ pace firmâta, iam octogenário maior, cùm Ecclesiam quadraginta, & amplius annos rexisset, sancto, & admirabili vitæ, ac mortis exemplo, tertio Idus Martij migrâuit ad Dominum. Sepultus est in Basilica sanctârum virginum Iustæ, & Ruffinę: posteà eius corpus in Hispalensem Ecclesiam translatum est.

℟. Iste est qui ante Deum magnas virtûtes operâtus est, & omnis terra doctrina eius replêta est: * Ipse intercêdat pro peccatis omnium populorum. ℣. Iste est qui contempsit vitam mundi, & peruênit ad cœlestia regna. Ipse intercêdat. Gloria Patri. Ipse intercêdat.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Euangelij secundum Matthæum.

Lectio vij. *Cap. 5.*

IN illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis: Vos estis sal terræ: quod si sal euanuerit, in quo salietur? Et reliqua.

Homilia sancti Augustini Episcopi, vt in communi Doctor. 8. ℟. In medio Ecclesiæ.

DIE XVIIJ. MARTIJ.

In festo S. Gabrielis Archangeli, dupl. 2. clas.

Si

Si hoc feſtum venerit in Dominica, transfertur in Feriam 5. ſequentem, & tunc in primis Veſperis totum fit de hoc cum commem. præced. & Feriæ, quæ cõmem. de Feria ſemper fit in vtriuſque Veſperis, & Laudib. cum 9. Lectione de ea, ſi celebretur in Quadrageſima, tàm ſua die propria, quàm in alia.

Si occurrat in Hebdomada maiori à Dominica Palmarũ, transfertur poſt octauam Paſchæ ſecundum Rubric. 10. de Tranſlatione Feſtorum num. 7.

Quãdo celebratur Tranſlatum, ſi occurrat infra octauam S. Iſidori, nulla fit commem. de octaua tota die.

Tempore Paſchali additur **Alleluia**, in Antiphonis, &c. & quodlibet Nocturnum dicitur ſub prima Antiphona eiuſdẽ.

Ad Veſperas, Aña.

Ingreſſo Zacharia, cum reliquis de Laudibus.

Pſalm. **Dixit Dominus**, **cum reliquis**, vt in feſto SS. Nominis Ieſu 1. & loco vltimi Pſalm. 116.

Laudâte Dominum omnes Gentes: * laudâte eum omnes pópuli.

Quóniam confirmâta eſt ſuper nos miſericordia eius: * & véritas Domini manet in æternum.

Capitulum. *Dan. 9.*

ECce vir Gábriel, quẽ videram in viſiône à principio, citò volans tétigit me in tempore ſacrificij veſpertíni, & docuit me, & locûtus eſt mihi, & dixit: Dániel nunc egréſſus ſum vt docêrem te, & intellígeres.

D. HYM-

HYMNVS.

MEntibus lætis iubilêmus omnes,
Plectra tangéntes fidibus canôris,
Inclytus quando Gábriel ab alto
Fulget olympo.

Virginis summæ Paranymphus ecce
Hinc adest nobis, simul Angelôrum,
Plurimis Christum venérans triumphis
Cóncio tota.

Principis laudes Gabriêlis almi
Concinat noster Chorus ipse namque est
Magna, qui mundo referat sécreta
Omnipoténtis.

Nuncia nobis Gábriel præcâmur,
Pacis æternæ speciale munus,
Quo poli tandem teneámus aulam
Semper ouantes.

Præstet hoc nobis Deitas béata
Patris, ac Nati pariterque sancti
Spiritus, cuius roboat in omni
Gloria mundo, Amen.

℣. Stetit Angelus iuxta aram templi. ℟. Habens thuribulum aureum in manu sua.

Ad Magnificat, Aña. Ingressus Gábriel Angelus ad Mariam Virginem, dixit: Aue gratia plena, Dominus tecum: benedicta tu in mulieribus.

Ora-

Oratio.

Deus,qui inter cæteros Angelos, ad annuntiãdum Incarnatiotis tuæ myſterium Gabriêlem Archangelum elegiſti: concêde propitius, vt qui feſtum eius celebrâmus in terris, ipſius patrocinium ſentiâmus in cœlis. Qui viuis,& regnas.

Deinde fit commem. Feriæ, niſi celebretur poſt octauam Paſchæ.

Ad Matutinum,Inuitat.

Regem Archangelorum Dominum. * Venite adoremus. Pſalmus. Venite exultemus. 7. Hymnus. Mentibus lætis, vt ſupra.

In primo Nocturno.

Añã. Dixit Angelus Gábriel ad Daniêlem:Intellige, fili hominis, quóniam in tempore finis implébitur viſio.

Pſalmus 8.

Domine Dominus noſter, *quàm admirabile eſt nomen tuum in vniuerſa terra!

Quóniam eleuata eſt magnificentia tua * ſuper cœlos.

Ex ore infántium, & lacténtium perfeciſti laudẽ propter inimicos tuos, * vt déſtruas inimîcum, & vltôrem.

Quóniam vidêbo cœlos tuos,opera digitôrum tuôrum: * lunam, & ſtellas, quæ tu fundaſti.

Quid eſt homo,quòd memor es eius?*aut filius hominis, quóniam viſitas eũ?

Minuiſti eum paulò minùs ab Angelis, gloria, & honôre coronaſti eum: * & conſtituiſti eum ſuper opera mánuum tuàrum.

Omnia ſubieciſti ſub pédibus eius:* oues,& boues vniuerſas, inſuper, & péco-

cora campi;

V ólucres cœli, & pisces maris, * qui perámbulant sémitas maris.

D omine Dominus noster, * quàm admirabile est nomen tuum in vniuersa terra!

Aña. Dixit Angelus Gábriel ad Daniêlem: Intellige, fili hominis, quóniam in tempore finis implébitur visio.

Aña. Ecce vir Gábriel, quem videram in visiône, citò volans tétigit me in tempore sacrificij vespertíni, & dócuit me.

Psalmus 10.

IN Domino confido, quomodo dicitis animæ me: * Tránsmigra in montem sicut passer?

Q uoniam ecce peccatóres intendérunt arcum, parauérunt sagittas suas in pháretra, * vt sagittent in obscúro rectos corde.

Q uoniam quæ perfecisti, destruxérunt: * iustus autem quid fecit?

D ominus in templo sancto suo, * Dominus in cœlo sedes eius:

O culi eius in pauperem respiciunt: * pálpebræ eius intérrogant filios hominum.

D ominus intérrogat iustum, & impium; * qui autem diligit iniquitâtem, odit animam suam.

P luet super peccatóres laqueos: * ignis, & sulphur, & spiritus procellârũ pars cálicis eorum.

Q uoniam iustus Dominus, & iustitias dilexit: * æquitâtẽ vidi vultus eius.

Aña. Ecce vir Gábriel, quẽ videram in visiône, citò volans tétigit me in tempore sacrificij vespertini, & dócuit me.

Aña.

Aña. Cumque Gábriel loquerêtur ad me, collápsus sum pronus in terram, & tétigit me, & státuit me in gradu meo.

Psalmus 4.

DOmine, quis habitâbit in tabernáculo tuo? * aut quis requiescet in monte sancto tuo?

Qui ingréditur sine macula, * & operâtur iustitiam.

Qui loquitur veritâtem in corde suo, * qui non egit dolum in lingua sua:

Nec fecit proximo suo malum, * & opprobrium non accêpit aduersus proximos suos.

Ad nihilum dedúctus est in conspéctu eius malignus: * timéntes autem Dominum glorificat.

Qui iurat proximo suo, & non décipit: * qui pecuniam suam non dedit ad vsûram, & múnera super innocentem non accêpit:

Qui facit hæc, * non mouébitur in æternum.

Aña. Cumque Gábriel loquerêtur ad me; collapsus sum pronus in terram, & tétigit me, & statuit me in gradu meo.

℣. Stetit Angelus iuxta arã templi. ℟. Habens thuribulũ aureũ in manu sua.

Ex Daniele Propheta.

Lectio j. *Cap. 9.*

EGo Dániel cùm adhuc loquerer, & orârem, & confitêrer peccâta mea, & peccâta pópuli mei Israël, & prostérnerem preces meas in conspectu Dei mei, pro monte sancto Dei mei, ecce vir Gábriel, quem videram in visione à principio, citò volans tétigit me in tempore sacrificij vespertini, & docuit me, & locûtus

eſt mihi, dixitque Dániel: Nunc egreſſus ſum, vt docêrem te, & intellígeres. Ab exordio precum tuârum egreſſus eſt ſermo. Ego autem veni, vt indicârem tibi, quia vir deſideriôrum eſt. Tu autem animaduerte ſermonem, & intellige viſionem.

℟. Cùm orâret Dániel, & cõfiterêtur peccâta ſua, & peccâta populi ſui.* Ecce Archángelus Gábriel citò volans tétigit eum in tem pore ſacrificij veſpertini. ℣. Cumque proſterneret preces ſuas in conſpéctu Dei ſui. * Ecce Archangelus.

Lectio ij.

SEptuaginta Hebdómades abbreuiatæ ſunt ſuper populum tuũ, & ſuper vrbem ſanctam tuam: vt conſummetur præuaricátio, & finem accipiat peccâtum, & deleâtur iniquitas, & adducâtur iuſtitia ſempiterna, & impleâtur viſio, & prophetîa, & vngâtur Sanctus Sanctorum. Scito ergo, & adnimaduérte: Ab exiſtu ſermonis, vt iterùm ædificêtur Ieruſalẽ vſque ad Chriſtum ducem, hebdomades ſeptem, & hebdomades ſexaginta duæ erunt. Et rurſum ædiſicabitur platêa, & muri in anguſtia temporum.

℟. Locûtus eſt Gábriel Daniéli, & dixit: Ab exordio precum tuârum egreſſus eſt ſermo. * Ego autẽ veni vt indicârem tibi, quia vir deſideriôrum es. ℣. Tu autem animaduérte ſermonem, & intellige viſionem.* Ego autem.

Benedictio. Spiritus ſancti.

Le-

Lectio iij.

ET poſt hebdómades ſexaginta duas occidêtur Chriſtus: & non erit eius populus, qui eum negatûrus eſt: & ciuitatẽ, & ſanctuarium diſſipâbit populus cum duce venturo, & finis eius vaſtitas, & poſt finem belli ſtatuta deſolatio. Confirmabit autem pactum multis hebdómada vna: & in dimidio hebdómadis deficiet hoſtia, & ſacrificium, & erit in templo abominatio deſolatiônis: Et vſque adconſummationem, & finem perſeuerabit deſolatio.

℟. Ecce vir Gábriel, quem videram, citò volans tétigit me in tempore ſacrificij veſpertini, & docuit me, & dixit: * Dániel, nũc egreſſus ſum, vt docêrem te, & intelligeres. ℣. Gábriel, fac me intelligere iſtam viſionem, & venit, & ſtetit iuxta, vbi ego ſtabã, & ait ad me. * Dániel. ℣. Gloria Patri. * Dániel.

In ſecundo Noct. Aña. Gábriel Angelus appáruit Zachariæ, dicens: Vxor tua Eliſabeth pariet tibi filiũ, & vocabis nomen eius Ioannem.

Pſalmus 18.

CÆli enarrant gloriã Dei, * & opera manuum eius annuntiat firmamentum.

Dies diei eructa verbum, * & nox nocti indicat ſcientiam.

Non ſunt loquelæ, neque ſermones, * quorum non audiantur voces eorum.

In omnem terram exîuit ſonus eorum: * & in fines orbis terræ verba eorum.

In ſole póſuit tabernáculum ſuum: * & ipſe tamquam ſponſus procédens

de thalamo ſuo:

E xultâuit vt gigas ad currendam viam, * à ſummo cœlo egreſſio eius:

E t occurſus eius, vſque ad ſummum eius: * nec eſt qui ſe abſcóndat à calôre eius.

L ex Domini immaculâta, conuertens animas: * teſtimonium Domini fidêle, ſapientiam præſtans paruulis.

I uſtitiæ Domini rectæ, lætificantes corda: * præceptum Domini lucidum, illuminans oculos.

T imor Domini ſanctus, pérmanens in ſæculum ſæculi: * iudicia Domini vera, iuſtificâta in ſemetipſa.

D eſiderabilia ſuper aurũ, & lápidẽ pretiôſum multum: * & dulciora ſuper mel, & fauum.

E tenim ſeruus tuus cuſtôdit ea, * in cuſtodiendis illis retribútio multa.

D elicta quis intélligit? ab occultis meis munda me: * & ab alienis parce ſeruo tuo.

S i mei non fuerint dominati, tunc immaculâtus ero: * & emundâbor à delicto maximo.

E t erunt vt compláceant eloquia oris mei: * & meditatio cordis mei in conſpectu tuo ſemper.

D omine adiûtor meus: * & redemptor meus.

Aña. Gábriel Angelus apparuit Zachariæ, dicens: Vxor tua Eliſabeth pariet tibi filium, & vocâbis nomen eius Ioannem.

Aña. Et dixit Zacharias ad Angelum: Vnde hoc ſciã? Ego enim ſum ſenex, & vxor mea proceſſit in diêbus ſuis.

Pſal-

Pſalmus 23.

DOmini eſt terra, & plenitudo eius; * orbis terrârum, & vniuerſi qui habitant in eo.

Quia ipſe ſuper mária fundâuit eum: * & ſuper flumina præparauit eum.

Quis aſcendet in mõtem Domini? * aut quis ſtabit in loco ſancto eius?

Innocens manibus, & mundo corde: * qui non accêpit in vano animam ſuam, nec iurâuit in dolo proximo ſuo.

Hic accipiet benedictiônem à Domino: * & miſericordiam à Deo ſalutári ſuo.

Hæc eſt generatio quærentium eum: * quærentiũ faciem Dei Iacob.

Attóllite portas principes veſtras, & eleuámini portę æternales: * & introîbit Rex gloriæ.

Quis eſt iſte Rex gloriæ? * Dominus fortis, & potens, Dominus potens in prælio.

Attóllite portas principes veſtras, & eleuámini portę æternales: * & introíbit Rex gloriæ.

Quis eſt iſte Rex gloriæ? * Dominus virtûtum ipſe eſt Rex gloria.

Aña. Et dixit Zacharias ad Angelũ: Vnde hoc ſc am? Ego enim ſum ſenex, & vxor mea proceſſit in diêbus ſuis.

Aña. Reſpondens autem Angelus dixit ei: Ego ſum Gábriel, qui aſto ante Deũ, & miſſus ſum loqui ad te, & hæc tibi euangelizâre.

Pſalmus 33.

BEnedîcam Dominũ in omni tempore: * ſemper laus eius in ore meo.

In Domino laudábitur

ani-

anima mea:* audiant mã-
ſuéti,& lætentur.
Magnificâte Dominum
mecum: * & exaltêmus
nomen eius in idípſum.
Exquiſiui Dominum, &
exaudîuit me:* & ex om-
nibus tribulationibus meis
erípuit me.
Accedite ad eum, & illu-
minamini: * & facies veſ-
træ non confundéntur.
Iſte pauper clamâuit, &
Dominus exaudîuit eum:
* & de omnibus tribula-
tionibus eius ſaluâuit eum.
Immittet Angelus Domi
ni in circuitu timentium
eum:*& erípiet eos.
Guſtâte,& vidête, quoniã
ſuauis eſt Dominus:*bea-
tus vir qui ſperat in eo.
Timête Dominum om-
nes ſancti eius:* quoniam
non eſt inópia timentibus
eum.
Díuites eguerunt, & eſu-
rierunt:* inquiréntes autẽ
Dominum, non minuen-
tur omni bono.
Venite filij, audîte me: *
timôrem Domini docêbo
vos.
Quis eſt homo, qui vult
vitam?* diligit dies vidêre
bonos?
Próhibe linguam tuam à
malo: * & lábia tua ne lo-
quantur dolum.
Diuérte à malo,& fac bo-
num: * inquîre pacem, &
perſéquere eam.
Oculi Domini ſuper iuſ-
tos: * & aures eius in pre-
ces eorum.
Vultus autem Domini ſu-
per facientes mala: * vt
perdat de terra memoriã
eorum.
Clamauérunt iuſti,&Do-
minus exaudîuit eos: * &
ex omnibus tribulationi-
bus eorum liberâuit eos.
Iuxtà eſt Dominus ijs,qui
tri-

tribuláto sunt corde: * & húmiles spiritu saluâbit.

Multæ tribulationes iustôrum: * & de omnibus his liberâuit eos Dominus.

Custôdit Dominus omnia ossa eorum: * vnum ex his non conterêtur.

Mors peccatôrum péssima: * & qui odérunt iustũ, delínquent.

Rédimet Dominus animas seruôrum suôrum: * & non delinquent omnes qui sperant in eo.

Aña. Respondens autem Angelus dixit ei: Ego sum Gábriel, qui asto ante Deũ, & missus sum loqui ad te, & hæc tibi euangelizâre.

℣. Ascendit fumus arómatum in conpectu Domini. ℟. De manu Angeli.

Pater noster. Absolutio. Ipsius pietas. Benedictio. Deus Pater.

Lectio iv.

Ex Tractatu sancti Iuliani Archiepiscopi Toletani. *Lib.2. contra Iudeos statim post principium.*

SAcramentũ illud septuaginta hebdomadârum de Christi natiuitate, Dániel per Angelum dedicit. Similiter, & Zacharias, apparente sibi Angelo, Ioannem filium de se generandum audiuit. Et Maria, Angelo sibi prædicenti Christum ex se nascendum, & credidit, & assensit. Hæc tria per Angelum dicta, & complêta vidêmus. Iam ergo solicitè intuendum est, vtrum Angelus iste, qui Zachariæ, & Mariæ apparuit, ipsi quoque Daniêli illa prædixerit.

℟. Factum est, cùm sacerdotio fungerêtur Zacharias in ordine vicis suæ ante

ante Deum. * Apparuit ei Angelus Gábriel ſtans à dextris altâris incenſi. ℣. Cumque ingreſſus in templum Domini incenſum póneret ſecundùm conſuetudinem ſacerdotij ſui. * Apparuit.

Benedictio. Chriſtus perpetuæ.

Lectio v.

EQuidem ipſe Dániel in Prophetiæ ſuæ volumine, quando illa ſacramenta hebdomadârum de Chriſti natiuitate per Angelum futura cognouit, ſic ipſius Angeli nomẽ euidenter expreſſit. Dicit enim: Ecce vir Gábriel, quẽ videram in principio, citò volans tétigit me, & dixit: Dániel, animaduerte ſermonem: & reliqua quæ ibi commemorấtur. Item his temporibus, ſecundùm Euangelium, Angeli ipſius nomen mirificum ſic inuenitur expreſſum. Dixit enim idem Angelus Zachariæ. Ego ſum Gábriel, qui aſto ante Deum, & miſſus ſum loqui ad te, & hæc tibi euangelizâre.

℟. Deſcendit Gábriel Angelus ad Zacharíam, dicẽs: * Ne timeas, quoniam exaudîta eſt deprecatio tua, & vxor tua Eliſabeth páriet tibi filium: & vocâbis nomen eius Ioannem. ℣. Et Zacharias turbâtus eſt, videns, & timor irruit ſuper eum. Ait autẽ ad eum Angelus. * Ne timeas.

Benedictio. Ignem ſui amoris.

Lectio vj.

QVod etiam de Beatæ Mariæ Virginis partu ſic in eodem Euangelio legitur: Miſſus eſt, inquit, Angelus Gábriel à Deo in ciuitâtem

tem Galilææ, cui nomen Nazareth, ad Virginem desponsatam viro, cui nomen erat Ioseph, de domo Dauid, & nomen Virginis Maria. Iam ergo manifestum est, quòd vnus idemque Angelus Gábriel fuerit, qui & præfixa illa tempora Danièli de Christi natiuitate aperuit, & partum Virginis præsentem esse monstrauit. Ad tempus itaque præfinitum occurrit: & illic fidelis in prophetia hebdomadarũ: & hic fidelis per mysteriũ reuelâtum.

℟. Ego sum Gábriel, qui asto ante Deum, & missus sum loqui ad te, & hæc euangelizâre. * Ecce eris tacens, & non poteris loqui, vsque in diem, quo hæc fiant. ℣. Pro eo, quòd nõ credidisti verbis meis, quæ implebuntur tempore suo. * Ecce eris. ℣. Gloria Patri. * Ecce eris.

In tertio Noct. Aña. Missus est Angelus Gábriel ad Mariam Virginem desponsatam Ioseph.

Psalmus 95.

CAntâte Domino cãticum nouum: * cãtâte Domino omnis terra.

Cantâte Domino, & benedicite nómini eius, * annunciâte de die in diem salutâre eius.

Annunciâte inter Gentes gloriam eius: * in omnibus populis mirabilia eius.

Quoniam magnus Dominus, & laudábilis nimis: * terribilis est super omnes deos.

Quoniam omnes dij Gẽtium dæmonia: * Dominus autem cœlos fecit.

Confessio, & pulchritûdo in conspectu eius: * sanctimónia, & magnificentia

in

in ſanctificatione eius.

Afferte Domino patriæ Gentium, afferte Domino gloriam, & honôrem: * afferte Domino gloriam nomini eius.

Tollite hoſtias, & introíte in atria eius: * adorâte Dominum in atrio ſancto eius.

Cõmoueâtur à facie eius vniuérſa terra: * dicite in Géntibus, quia Dominus regnâuit.

Etenim corréxit orbem terræ, qui non commouébitur: * iudicâbit populos in æquitâte.

Lætétur cœli, & exultet terra, commoueâtur mare, & plenitûdo eius: * gaudébunt campi, & omnia quę in eis ſunt.

Tunc exultábunt omnia ligna ſiluârum à facie Domini, quia venit: * quoniã venit iudicare terram.

Iudicabit orbem terræ in æquitâte, * & populos in veritâte ſua.

Añа. Miſſus eſt Angelus Gábriel ad Mariam Virginem deſponſatam Ioſeph.

Añа. Gábriel Angelus Mariæ dixit: Ecce Eliſabeth cognâta tua, & ipſa concêpit filium in ſenectûte ſua.

Pſalmus 96.

Dominus regnauit, exultet terra: * lætentur ínſulæ multæ.

Núbes, & caligo in circuitu eius: * iuſtitia, & iudicium correctio ſedis eius.

Ignis ante ipſum præcêdet: * & inflammâbit in circuitu inimicos eius.

Illuxérunt fulgura eius orbi terræ: * vidit, & commôta eſt terra.

Montes, ſicut cera fluxérunt à facie Domini: * à facie Domini omnis terra.

An-

A nnuntiauérunt cœli iustitiam eius: * & vidérunt omnes populi gloriam eius.

C onfundãtur omnes, qui adorant sculptilia:* & qui gloriantur in simulacris suis.

A dorâte eum omnes Angeli eius:* audîuit, & lætâta est Sion.

E t exultauérunt filię Iudę: * propter iudicia tua Domine.

Q uoniam tu Dominus altissimus super omnem terram:* nimis exaltâtus es super omnes deos.

Q ui diligitis Dominum, odîte malum: * custôdit Dominus animas sanctôrum suôrum, de manu peccatôris liberâbit eos.

L ux orta est iusto,* & rectis corde lætitia.

L ætámini iusti in Domino: * & confitémini memoriæ sanctificationis eius.

Aña. Gábriel Angelus Mariæ dixit: Ecce Elisabeth cognâta tua, & ipsa concêpit filium in senectûte sua.

Aña. Suscipe verbum virgo Maria, quod tibi à Domino per Angelum Gabriêlem transmissum est.

Psalmus 102.

B Enedic anima mea Domino:* & omnia quæ intra me sunt, nomini sancto eius.

B enedic anima mea Domino: * & noli obliuíscí omnes retributiónes eius.

Q ui propitiâtur omnibus iniquitátibus tuis:* qui sanat omnes infirmitátes tuas.

Q ui rédimit de intéritu vitam tuam:* qui corônat te in misericordia, & miserationibus.

Qui

Q ui replet in bonis deſidérium tuum: *renouábitur vt aquilæ iuuentus tua.

F acies miſericordias Dominus: * & iudicium omnibus iniuriam patientibus.

N otas fecit vias ſuas Moyſi: * filijs Iſraël voluntates ſuas.

M iſerâtor, & miſericors Dominus: *longánimis, & multum miſericors.

N on in perpetuum iraſcêtur: * neque in æternum comminábitur.

N on ſecundùm peccâta noſtra fecit nobis: *neque ſecundùm iniquitátes noſtras retribuit nobis.

Q uoniam ſecundùm altitudinem cœli à terra: *corroborâuit miſericordiam ſuam ſuper timéntes ſe.

Q uantum diſtat Ortus ab Occidente: * longè fecit à nobis iniquitates noſtras.

Q uómodo miſerêtur pater filiorum, miſértus eſt Dominus timentibus ſe: * quoniam ipſe cognôuit figmentum noſtrum.

R ecordâtus eſt, quoniam puluis ſumus: *homo ſicut fœnum dies eius, tamquá flos agri ſic efflorêbit.

Q uoniam ſpiritus pertrâſibit in illo, & non ſubſiſtet: * & non cognoſcet ampliùs locum ſuum.

M iſericordia autem Domini ab æterno, & vſque in æternum: * ſuper timétes eum.

E t iuſtitia illius in filios filiôrum: * his qui ſeruant teſtamentum eius.

E t memores ſunt mandatôrum ipſius, * ad faciendum ea.

D ominus in cœlo parâuit ſedem ſuam: * & regnum ipſius omnibus dominábitur.

Be-

Benedicite Domino omnes Angeli eius:* potentes virtute facientes verbum illius, ad audiendam vocẽ ſermônum eius.

Benedicite Domino omnes virtutes eius:* miniſtri eius, qui facitis voluntatẽ eius.

Benedicite Domino omnia opera eius: * in omni loco dominatiônis eius: * benedic anima mea Dño.

Aña. Suſcipe verbum virgo Maria, quod tibi à Domino per Angelum Gabriêlem tranſmiſſum eſt.

℣. In conſpéctu Angelorũ pſallam tibi Deus meus.

℟. Adorabo ad templum ſanctum tuum, & confitêbor nomini tuo.

Lectio ſancti Euangelij ſecundùm Lucam.

Lectio vij. *Cap.* 1.

IN illo tempore: Miſſus eſt Angelus Gábriel à Deo in ciuitatem Galilææ, cui nomen Nazareth, ad Virginem deſponſatã viro, cui nomen erat Ioſeph, de domo Dauid: & nomẽ Virginis Maria. Et reliqua.

Homilîa ſancti Bernardi Abbatis.

NOn arbitror hunc Angelum de minoribus eſſe, qui qualibet ex cauſa crebra ſoleant ad terras fungi legatione. Quod ex eius nomine palam intelligi datur, quod interpretátum, fortitûdo Dei dicitur: & quia non ab aliquo alio, fortè excellentiôre ſe (vt aſſolet) ſpiritu, ſe ab ipſo Dei mitti perhibêtur. Propter hoc ergo poſitum eſt à Deo. Vel ideò dictũ eſt, à Deo, ne cui vel beatorum ſpirituum, ſuum Deus, antequã Virgini, reuelaſſe putêtur conſilium, excepto dum-

taxat Archangelo Gabriêle. Qui vtique tantæ inter ſuos inueniri potuerit excellentiæ,vt tali, & nomine dignus haberêtur, & nuntio.

℟. Miſſus eſt Gábriel Angelus ad Mariam Virginẽ deſponſatam Ioſeph, nuntians ei verbum: & expaueſcit virgo de lumine. * Ne timeas Maria:inueniſti gratíam apud Dominum: ecce concipies,& paries,& vocabitur Altiſſimi Filius. ℣. Quæ cùm audiſſet turbâta eſt in ſermone eius, & cogitâbat qualis eſſet iſta ſalutatio: & ait Angelus ei:* Ne timeas.

Benedictio. Cuius feſtum cólimus.

Lectio viij.

Nec diſcordat nomẽ à nuntio:Dei quippè virtûtem, Chriſtum, quem melius nuntiâre decêbat, quàm hunc, quem ſimile nomen honôrat? Nunquid eſt aliud fortitûdo, quàm virtus? Non autem dédecens,aut incõgruum videatur,Dominũ, & nuntium communi cẽſéri vocabulo, cùm ſimilis in vtrôque appellatiônis, non ſit tamen vtriuſque ſimilis cauſa. Aliter quippè Chriſtus fortitudo,vel virtus Dei dicitur: aliter Angelus: Angelus enim tantùm nũcupatiuè, Chriſtus autem etiam ſubſtantiuè.

℟. Gaude Maria Virgo, cunctas hæreſes ſola interemiſti. * Quæ Gabriêlis Archangeli dictis credidiſti,dum virgo Deum, & hominem genuiſti, & poſtpartum virgo inuiolâta permanſiſti. ℣. Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui. * Quæ Gabriêlis.

℣.

℣. Gloria Patri. * Quæ Gabriêlis.

Nona Lectio legitur de Homilia Feriæ occurrentis, niſi transferatur poſt octauam Paſchę, quia tunc dicitur ſequens Lectio.

Lectio jx.

CHriſtus Dei virtus, & dicitur & eſt: qui forti armato, qui ſuum atrium in pace cuſtodìre ſolebat, fortior ſuper veniens, ipſum ſuo brachio debellâuit: & ſic ei vaſa captiuitatis potenter eripuit. Angelus verò fortitûdo Dei appellâtus eſt, vel quòd huiuſcémodi meruerit prerogatiuam officij, quo eiuſdem nuntiâret aduẽtum virtûtis: vel quia Virginem natura páuidã, ſimplicem verecúndam, ne miráculi nouitâte expaueſceret, confortare debêret, quod & fecit. Ne timeas inquiens, Maria: inuenisti gratiam ante Deũ. Conuenienter itaque Gábriel adhoc opus eligitur: immò quia tale illi negotium iniungitur, rectè tali nomine de ſignâtur. Te Deum laudâmus. 27.

Ad Laudes, & per Horas.

Aña. Ingreſſo Zacharia tẽplum Domini, appáruit ei Gábriel Angelus, ſtans à dextris altaris incẽſi. Pſalmus. Dominus regnauit, decôrem indûtus eſt. cum reliquis. 29. Aña. Ait autem Angelus: Ne timeas Zacharia, quóniam exaudíta eſt deprecatio tua. Aña. Ego ſum Gábriel Angelus, qui aſto ante Deum, & miſſus ſum loqui ad te. Aña. Gábriel Angelus locûtus eſt Mariæ, dicens: Ecce concipies in vtero, & paries filium: & vocâbis nomen eius Ieſum.

Aña. Dixit autem Maria ad Angelum. Quómodo fiet istud, quoniam virum non cognoſco? & reſpondens Gábriel Angelus, dixit ei: Spiritus Sanctus ſuperueniet in te, & virtus Altiſſimi obúbrâbit tibi.

Capitulum. *Dan.9.*

ECce vir Gábriel, quē videram in viſione à principio, citò volans tētigit me in tempore ſacrificij veſpertini, & docuit me, & locûtus eſt mihi, & dixit: Dániel nunc egréſſus ſum vt docêrem te, & intelligeres.

HYMNVS.

CHriſte, ſanctorum decus Angelorum,
Rector húmani genéris, & auctor,
Nobis æternum tribue benignus
Scandere cœlum.

Angelus fortis Gábriel, vt hoſtem
Pellat antiquum, volitet ab alto,
Sæpius templum veniens ad iſtud
Viſere noſtrum.

Hinc Dei noſtri genitrix Maria,
Totus, & nobis chorus Angelorum
Semper aſſiſtat, ſimul & beâta
Concio tota.

Præſtet hoc nobis Deitas beâta
Patris, ac Nati, pariterque ſancti
Spiritus, cuius roboat in omni
Gloria mundo. Amen.

℣. Stetit Angelus iuxta aram templi. ℟. Habens thuribulum aureum in manu ſua.

Ad Benedictus, Aña. Gábriel Angelus deſcendit ad Zachariam, & ait illi: Vxor tua pariet tibi filium, & vocâbis nomen eius Ioannem: & multi in natiuitâte eius gaudebunt: ipſe enim præibit ante faciem Domini parâre vias eius.

Oratio.

DEus, qui inter cæteros Angelos ad annuntiandum Incarnatiônis tuæ myſteriũ Gabrielẽ Arcangelum elegiſti: concêde propitius, vt qui feſtum eius celebrâmus in terris, ipſius patrociniũ ſentiâmus in cœlis. Qui viuis, & regnas cum Deo Patre.

Deinde fit commem. Feriæ occurrentis, niſi celebretur poſt Paſcha.

Ad Tertiam Aña. Ait autem Angelus. Capitulũ. Ecce vir Gábriel. ℟. breue. Stetit Angelus. * Iuxta aram Templi. Stetit. ℣. Habens thuribulum aureum in manu ſua. Iuxta. Gloria Patri. Stetit. ℣. Aſcendit fumus aromatum in conſpectu Domini. ℟. De manu Angeli.

Ad Sextam Aña. Ego ſum Gábriel.

Capitulum. *Dan. 9.*

EGo autem veni, vt indicârem tibi, quia vir deſideriôrum es. Septuaginta hebdómades abbreuiatæ ſunt, vt finem accipiat peccâtum, & impleatur viſio, & prophetia, & vngâtur ſanctus ſanctorum.

℟. breue. Aſcendit fumus aromatũ. * In conſpectu Domini. Aſcendit. ℣. De ma-

manu Angeli. In conspe-ctu Domini. Gloria Patri. Ascendit. ℣. In conspectu Angelorum psallam tibi Deus meus. ℟. Adorâbo ad templum sanctum tuũ, & confitêbor nomini tuo.

Ad Nonam Aña. Dixit autem Maria.

Capitulum.

SCito ergo, & animaduérte: ab éxitu sermônis, vt iterùm ædificêtur Ierúsalem, vsque ad Christum ducem hebdómades septem, & hebdómades sexaginta duæ erunt.

℟. breue. In conspectu Angelorum: * Psallam tibi, Deus meus. In conspectu. ℣. Adorâbo ad templum sanctum tuum, & confitêbor nomini tuo. * Psallam tibi. Gloria Patri. In conspectu. ℣. Adoràte Deum. ℟. Omnes Angeli eius.

In secundis Vesperis omnia vt in primis, sed loco vltimi Psalmi.

Psalmus 137.

COnfitêbor tibi Domine in toto corde meo: * quóniam audísti verba oris meî.

In conspectu Angelôrum psallam tibi: * adorâbo ad templum sanctum tuum, & confitêbor nomini tuo;

Super misericordia tua, & veritâte tua: * quoniam magnificásti super omne, nomen sanctum tuum.

In quacumque die inuocáuero te, exaudi me: * multiplicabis in anima mea virtûtem.

Confiteantur tibi Domine omnes reges terræ: * quia audierunt omnia verba oris tui:

Et cantent in vijs Domini: * quoniam magna est gloria Domini.

Quo-

Quoniam excelſus Dominus, & humília reſpicit: * & alta à longè cognoſcit.
Si ambulauero in medio tribulationis, viuificâbis me:* & ſuper iram inimicôrum meôrum extendiſti manum tuam, & ſaluũ me fecit dextera tua.
Dominus retríbuet pro me: * Domine miſericordia tua in ſæculum: opera manuum tuarum ne deſpicias.
℣. In conſpectu Angelôrum pſallam tibi Deus meus. ℟. Adorâbo ad templum ſanctum tuum, & confitêbor nomini tuo.

Ad Magnificat, Aña.

Archangelus Gábriel ait ad Mariam: Non erit impoſſibile apud Deum omne verbum. Dixit autem Maria: Ecce ancilla Domini, fiat mihi ſecundùm verbum tuum. Et diſceſſit ab ea Angelus.

Et fit commemor. S. Ioſeph Sponſi B. Mariæ confeſſoris.

Aña. Ioſeph fili Dauid noli timêre accipere Mariam coniugem tuã, quod enim in ea natum eſt, de Spiritu Sancto eſt; pariet autem filium, & vocâbis nomen eius Ieſum. ℣. Os iuſti meditabitur ſapientiam. ℟. Et lingua eius loquêtur iudicium.

Oratio.

Sanctiſſimę Genitricis tuæ Sponſi, quæſumus Domine meritis adiuuêmur, vt quod poſſibilitas noſtra non obtinet, eius nobis interceſſiône donêtur. Qui viuis, & regnas.

Deinde fit commem. Feriæ, niſi celebretur poſt Quadrageſſimam.

DIE jv. APRILIS.

In festo sancti Isidori Archiepiscopi Hispal. Patroni præcipui huius Diœces. Confess. & Hispaniarum Doctoris, Duplex primæ classis, & cum octaua si celebretur extra Quadragessimam. Sed si transferatur post totam suam octauam tunc eo anno nihil fiat de octaua.

Si celebretur in Quadrag. fit de eo cum commem. Feriæ, siue Dominicæ in vtrisque Vesperis, & Laudibus cum nona Lectione de Homilia.

Si hoc festum venerit in Dominica Passionis, transfertur in Feriam tertiam, nam in secunda fit de S. Vincentio Ferrerio, semidup.

Si venerit infra hebdomadam maiorem, aut in hebdomada Paschæ transfertur post octauam Paschæ, & prius agatur de eo quàm de alio festo translato.

Infra octauam S. Isidori omnia dicuntur sicut in die, præter Lectiones, quæ dicuntur vt infra.

Omnia vt in communi Confess. Pontificis, exceptis quæ hic ponuntur.

Ad Vesperas Aña. **Ecce sacerdos magnus,** cum reliquis de Laudibus. Psalmus. **Dixit Dominus**, cũ reliquis vt in festo SS. Nominis Iesu. 1. & loco vltimi Psalm. **Laudate Dominum omnes gentes. 45.**

Capitulum. *Eccle.* 44.

ECce sacerdos magnus, qui in diêbus suis plácuit Deo, & inuentus est iustus: & in tempore iracundiæ factus est reconciliatio.

HYM-

HYMNVS.

GEntis Hiſpánæ Pater,atque Doctor
Digna præclâri ſóboles ſeuéri,
Digne Leandri ſimiliſque ſancta
Indole frater.
Dum tuas curat ſoror alma cunas,
Lúcida exâmen veniens ab æthra
Vidit,infántis nítidis liquâre
Mella labéllis.
Dulce facundi fuit hoc lepôris,
Atque doctrinæ ſpécimen ſupérnæ
Qua pios paſcis,ſtímuliſque ſontes
Pungis acûtis.
Pungis in fectum genus Ariânæ
Peſtis,vltôres minitántes ignes:
Nec furor regum iuuenis reſiſtit,
Fórtibus auſis.
Præſul inſtauras fidei triumphum,
Pérfidos eius quoque perduélles
Pellis Hiſpânis páuidos ab oris
Fulmine linguæ.
O Pater cleri,pópulique paſtor
Orphanis tutor,víduis leuâmen,
Virginum cuſtos,mónachis ſeuéræ
Régulæ vitæ.
Nunc in excelſo réſidens Olympo
Sidus ò noſtræ,cólumenquè gentis

Cóm-

Cómpari priſcis fidei magiſtris
Luce refulges.
S is memor chari gregis,& patrónus
Eſto ad ætérnam Tríadem præcâmur,
Cuncta cui dignas réſonent per orbem
Sæcula laudes. Amen.

℣. Amâuit eum Dominus,& ornâuit eum.
℟. Stolam gloriæ induit eum.

Ad Magnificat in vtriſque Veſperis, Aña.

O Doctor optime, Eccleſiæ ſanctæ lumen, beâtæ Iſidore diuinæ legis amâtor, deprecâre pro nobis Filium Dei.

Oratio.

INteruéniat pro nobis, quæſumus Domine, beatus Póntifex,& Hiſpaniæ Doctor Iſidôrus, vt eius interceſſiône ad æterna præmia peruenîre mereamur. Per Dominum noſtrum.

Ad Matutinum, Inuitat.

R egem Confeſſôrũ Dominum, * V enîte adorêmus. Pſalmus. V enite.7.

HYMNVS.

SOl ab occâſu róſeos ad ortus
Luce,qui terras meliôre luſtrans,
Noctis Hiſpânæ nébulas,& atras
Díſcutis vmbras.
C uius exórtu tenebrôſus error,
Fraus,& incónſtans furor,& profânus
Luxus,& vanæ ſitiens profûgit

Ambi-

Ambitus auræ.
S ed redit fas,& piétas reuíxit
Et fides caſto redimita cultu,
Paxque cum ſancta probitâte,& æqui
Cónſcia virtus.
H íſpalis clarum iubar,Iſidôre,
Redde virtútes,vitijs repúlſis,
Fac & ad priſcos rédeant cadûca
Sæcula mores.
H æc rogat ſacras tua gens ad aras,
Dum Deo vero pia vota fundunt
Qui tibi feſtum péragunt ouántes
Bætis alúmni.
L aus,honor,virtus tibi ſit perennis
Celſa maiéſtas hóminum creátrix,
Quem Deum trinum,célebrant,& vnum
Ritè fidêles. Amen.

Si celebretur tempore Paſchali Pſalmi cuiuslibet Nocturni dicuntur ſub prima Antiphona eiuſdē Nocturni,addita Alleluia, & in alijs, vt in hoc tempore.

In primo Nocturno Lectiones. Sapientiam omniũ antiquôrum exquîret ſapiens. De communi Doctorum.

In ſecundo Nocturno.

Ex B. Ildefonſo Archiepiſc. Toletano, & Braulione Cæſarauguſtano Epiſc.

Lectio iv.

SAnctus Iſidôrus, ſanctorum Leandri, & Fu lgentij germânus natu mi-

minimus, ab eis ſanctè, & ingenuè in litterarum ſtudio inſtitûtus eſt; Latinò, Græcè, & Hebraicè erudîtus; & omnium diſciplinârum cognitiône inſtructus, vt præſtantiſſimus ſui ſæculi Doctor, etiam octâui Toletani Concilij elogio prædicarêtur. Verã religionem, quæ eo tempore ſub Ariânis principibus laborabat, ita retinuit, & coluit, atque obſeruauit, vt etiam adoleſcens eius aſſertôrem intrépidã hæreticorum perfidiã palam arguendo, ſeſe profiterêtur. Nec aduerſariorum potentia, & minis, atque varijs artibus impetîtus, à conſtanti, & libera fidei confeſſione, & Ariânæ prauitâtis inſectatione pótuit deterrêri, qua de re in manifeſtum vitæ diſcrîmen ſæpius incurriſſet, niſi opportunis ſancti Leandri conſilijs, temperâto interdum ardore animi, in occaſionem commodiôrem ſe ſeruandum putâret. Prȩuíderat prudẽtiſſimus Præſul fratrem ſibi ſucceſſorẽ fore, eiuſque admirabilem ſanctitatem, & doctrinam profectum aliàs maiorem Eccleſiæ allatûram. Quod rerum euéntus probauit. Nam Leandro poſtea defuncto, Iſidorus magno cleri, & populi Hiſpalenſis conſenſu, Rege Recarẽdo annuénte, ſucceſſor eligitur. Cuius electionem ſanctus Gregorius Papa, miſſo cum magna beneuolẽtiæ ſignificatione pallio, confirmauit.

℟. Inueni Dauid ſeruum meum, oleo ſancto meo vnxi eum: * Manus enim mea auxiliabitur ei. ℣. Nihil proficiet inimîcus in eo,

eo,& filius iniquitâtis non nocêbit ei. * Manus.

Lectio v.

FActus ergo tantæ Prouinciæ Præsul, vir sanctissimus, non ad externum pompæ splendôrem ea dignitâte abuténdum duxit,sed ad onus potius, & solicitudinem gregis sibi commissi tantum honôrem delatum intellexit. Dedit itaque operam vt cæteris prælucêret, ne quid de pristina vitæ seueritâte,& sanctitâte remitteret: quin potius morum integritâtem, & omnium virtutum ornamenta, quibus priùs præpollêbat, in eo fastigio pósitus illustriôra fáceret. Ex quo factum est, vt Regibus,& populis,ceu pater charus,& admirãdus esset, & ab omnibus obeximiã sanctimóniam,& eruditiônem Hispaniarum Doctor apellarêtur. Nec immeritò ipse enim litteras iam exsolescéntes, & omnium disciplinârum studia suo nitôri restituit. Discipulos habuit multos,& egregios primârum sédium, postea Episcopos, & in his Ildefonsum Toletânum, & Brauliônem Cæsaraugustânum. Eloquentia fuit admirabili, & efficâci in cõcionibus, quas habêbat frequentissimas ad mores formandos, & in disputationibus, quibus Ariânam impietâtem pénitus confutatam,ex Hispaniæ finibus exterminâuit, vnà cũ Acephalôrum hęresi:cuius Doctorem quendam Gregorium Episcopũ, coram patribus in Hispalénsi cõcilio conuictum,ad saniôrem mentem reuocauit. Fuit enim in Hispaniæ cõci-

cilijs præcipua eius auctóritas, & ſententia, præſertim in ſecundo Hiſpalenſi., & Toletano quinto, quibus præfuit.

℟. Póſui adiutorium ſuper potentem, & exaltaui electũ de plebe mea: * Manus enim mea auxiliabitur ei. ℣. Inueni Dauid ſeruum meum, oleo ſancto meo vnxi eum. * Manus enim.

Lectio vj.

QVod neceſſarijs Eccleſię occupationibus ſupererat, id totum ferè, & orationibus, & doctis lucubrationibus impertiebatur, quæ multa, eaquè præclara excellentis ingenij monumenta péperit, quibus Eccleſiaſticam diſciplinam multum prouéxit, & ſtudia illuſtrâuit. Quæ digna viſa ſunt, ex quibus non pauca in ſacras Decretôrum, & Conciliôrum conſtitutiones tranſcriberéntur. Cùm autem Eccleſiam quadraginta fermè annos gubernaſſet, multò inſtantiùs, atque ardentiùs, per ſex ante obitum menſes aſſiduis precibus pœnitétiæ, ac pietatis operibus ſeſe totum dedit. Inſtante ergo morte cõuocâto clero, & populo; voluit in ſancti martyris Vincentij Baſilicam à diſcipulis in lecto deportâri. Vbi ab Epártio, & Ioanne Epiſcopis ſibi chariſſimis cilicio, pœnitentium ritu indûtus, & cinere conſperſus, cum multis, & ſuis, & populi adſtantis lacrymis, ſacrum viaticum de eôrum manu humi procúmbens accépit. Ac poſt quartum pœnitentię diem, facultatibus interim omnibus in pauperes

peres erogatis, cum con-ciônem ad populum con-ſolationis, & benedictio-nis plenam habuiſſet, ſu-blâtis ad cœlum manibus, obdormîuit in Domino pridie nonas Aprilis, ſepul-tus eſt Hiſpali, vt ipſe mã-dauerat, inter Leandrum, & ſanctam virginem Floren-tinam: vnde petente Ferdi-nando primo, Caſtellæ, & Legionis Rege, aliquot poſt ſæculis, Legionem translatus eſt, in ſui nomi-nis Baſilicam, vbi magna religione cólitur multis miráculis clarus.

℟. Iſte eſt qui ante Deum magnas virtutes operatus eſt, & omnis terra doctri-na eius replêta eſt: * Ipſe intercêdat pro peccatis omnium populorum. ℣. Iſte eſt qui contémpſit vi-tam mundi, & peruênit ad cœleſtia regna. * Ipſe in-tercêdat. ℣. Gloria Patri. * Ipſe intercêdat.

In tertio Nocturno.

Lectio ſancti Euangelij ſe-cundùm Matthæum.

Lectio vij.

IN illo tempore: dixit Ieſus diſcipulis ſuis: Vos eſtis ſal terræ. Quòd ſi ſal euanuerit, in quo ſaliêtur? Ad nihilum valet vltra, ni-ſi vt mittâtur foras, & con-culcêtur ab hominibus. Et reliqua.

Homilîa ſancti Iſidori Ar-chiepiſcopi Hiſpalenſis.

Ex Lib. 2. de offic. Eccleſ. cap. 5. de Sacerdotibus.

QVi ergo ſoluerit vnum de mandâ-tis iſtis minimis, & docúerit ſic homines, minimus vocabitur in re-gno cœlorum. Primitus quippè, ſemetipſum corrí-gere debet, qui alios ad benè viuẽdum admonêre ſtu-

ſtudet, ita vt in omnibus ſemetipſum formam viuendi præbeat, cunctoſq́; adbonum opus,& doctrina,& opere prouocet. Cui etiam ſcientia ſcripturarũ neceſſaria eſt. Quia ſi Epiſcopi tantum ſancta ſit vita, ſibi ſoli prodeſt ſic viuens. Porrò ſi & doctrina, & ſermone fuerit eruditus, poteſt cæteros quoque inſtruere, & docêre ſuos, & aduerſarios repercútere, qui niſi refutâti fuerint, atque conuícti, facilè poſſunt ſimpliciũ corda peruértere. Huius ſermo debet eſſe purus, ſimplex, apértus, plenus grauitâtis, & honeſtâtis, plenus ſuauitâtis,& gratia, tractandæ myſterio legis, de doctrina fidei, de virtute continéntiæ, de diſciplina iuſtitiæ: vnumquémque ádmonẽs diuérſa exortatiône, iuxta profeſſiônem morumque qualitâtem, ſcilicet, vt prænoſcat quid, cui, quando, vel quómodo próferat.

℟. Amâuit eum Dominus, & ornauit eum; ſtolá gloriæ induit eum, * Et ad portas paradiſi coronauit eum. ℣. Induit eum Dominus lorîcam fidei,& ornâuit eum. * Et ad portas.

Lectio viij.

CVius præcæteris ſpeciale officium eſt, ſcriptûras légere, percurrere cánones, exémpla ſanctorum imitari. Vigilijs, ieiunijs, orationibus vacâre, cum fratribus pacem habére, nec quemquam de membris ſuis diſcérpere, nullum damnâre, niſi diſcuſſum. Quique ita humilitâte pariter, & auctoritate præéſſe debet: vt neque per nimiam humilitâtem

ſuam,

ſuam, ſubditôrum vitia conualéſcere faciat, neque per immoderantiam, ſeueritâtis poteſtatẽ exerceat, ſed tantò caútiùs erga cõmiſſos ſibi agat, quantò duriùs à Chriſto iudicari formîdat.

℞. In medio Eccleſiæ apéru it os eius, * Et implêuit eum Dominus ſpiritu ſapientiæ, & intellectus. ℣. Iucunditâtem, & exultatiônem theſaurizauit ſuper eum. * Et implêuit. ℣. Gloria Patri. * Et implêuit.

Lectio jx.

Tenébit quoque illã ſuper eminentem donis omnibus charitatẽ, ſine qua omnis virtus nihil eſt. Cuſtos enim ſanctitatis, charitatis, locus autem huius cuſtodis humilitas. Habébit etiam inter hæc omnia, & caſtitatis eminẽtiam, ita vt mens Chriſto dedita, ab omni inquinamento carnis ſit munda, & libera. Inter hæc oportébit cum ſolicita diſpenſatiône curam pauperum gérere, eſurientes paſcere, veſtîre nudos, ſuſcipere peregrinos, captiuos redímere, viduas, ac pupillos tuêri, peruigilem incũctis exhibére curam, prouidentiam habère, diſtributiône diſcreta. Te Deum laudâmus. 27.

Ad Laudes, & per Horas Antiphona.

Ecce ſacerdos magnus, qui in diêbus ſuis placuit Deo, & inuéntus eſt iuſtus. Pſal. Dominus regnauit, cum reliquis. 29. Aña. Non eſt inuentus ſimilis illi, qui conſeruaret legem Excelſi. Aña. Ideò iureiurando fecit illum Dominus creſcere in plebem ſuam. Aña.

Sacerdotes Dei benedicite Dominnm: serui Domini hymnum diciteDeo, Alleluia. Aña Serue bone, & fidêlis intra in gaudium Domini tui.

Capitulum. *Eccl*.44.

ECce sacerdos magnus, qui in diêbus suis placuit Deo, & inuentus est iustus: & in tempore iracundiæ factus est reconciliatio. ℞ Deo gratias.

HYMNVS.

QVid pater charos pópulos relinquis,
Missus ad celsam Legiônis vrbem?
Quæ tibi fido pósuit patrôno
Regia templa.

An times hostem fidei rebéllem?
Barbarus fugit; liceat reuérti,
Aut tuos saltem iuuet inde missa
Luce fouêre.

Ciuitas fælix spolijs opimis
Corporis sacri, tua mira pictis
Gesta percenset tabulis, tholisque
Múnera regum.

Quæ tuo patris merito triumphis
Grata non vno retulêre bello
Namque te nostris, & ad esse castris
Fama vetústa est.

Huc ades fessis pater alme rebus,
Nosque comménda Triadi poténti,

Cuius

Cuius incunctas réſonat perénnis
Gloria gentes, Amen.

℣. Iuſtum deduxit Dominus per vias rectas. ℟. Et oſténdit illi regnum Dei.

Ad Benedictus, Aña.

Euge ſerue bone, & fidêlis, quia in páuca fuiſti fidêlis, ſupra multa te conſtituá, dicit Dominus.

Oratio.

INterueniat pro nobis, quæſumus Domine, beâtus Pontifex, & Hiſpániæ Doctor Iſidorus, vt eius interceſſione ad æterna præmia peruenîre mereâmur. Per Dominum noſtrum.

In ſecundis Veſperis omnia vt in primis, ſed ℣. Iuſtum deduxit Dominus, & fit commem. S. Vincentij Ferrerij confeſſ. niſi tranſferatur.

Aña. Similâbo eum viro ſapienti qui ædificauit domum ſuam ſupra petram.

℣. Amâuit eum Dominus, & ornâuit eum. ℟. Stolam gloriæ induit eum.

Oratio.

DEus, qui Eccleſiam tuam beati Vincétij Confeſſoris tui méritis, & prædicatione illuſtrare dignatus es: concede nobis famulis tuis, vt & ipſius inſtruâmur exémplis, & ab omnibus eius patrocinio liberêmur aduérſis. Per Dominum.

Deinde fit cõmem. Feriæ ſi venerit in Quadrag.

DIE V. APRILIS.

Fit de S. Vincentio Ferrerio Confeſſ. ſemid. ad libitum, vt in Breuiar. cum commem. octauæ S. Iſidori. Vel fit de octaua S. Iſidori, & nihil de S. Vincentio, vt infra.

Secunda die infra octauã S. Isidori, Lectiones primi Nocturni de Scriptura occurrenti.

In secundo Nocturno.

Sermo sancti Isidori Archiepiscopi Hispalensis.

Ex lib. 2. de Eccles. offic. cap. 5. de Sacerdotibus.

Lectio jv.

IN negotijs sæcularibus dirimēndis, oportet Episcopum causam meritò discérnere, non gratia, neque enim sic debet Episcopus suscípere potētem, vt contristet contra iustitiam pauperem, neque pro paupere auferre iustitiam à potente. Non defendat improbum, nec sancta indigno committénda arbitrêtur, neque arguat, & impugnet cuius crimen non apprehendit. Erit quoque illi etiam iuxta Apostolū mansuetûdo, patientia, sobrietas, moderatio, abstinentia, siue pudicitia, vt nō solùm ab ópere immundo se abstineat, sed etiam ab oculi, & verbi, & cogitatiônis errôre: ita vt dum nullum vitium in se regnare permittit, impetrâre véniam subditôrum facinoribus valeat. Qui enim ista sectatus fúerit, & Dei minister vtilis erit, & perfectum sacerdotium consummábit. ℟. Inuêni Dauid seruum. 76.

Ex lib. 3. sentent. cap. 37.

Lectio v.

ARcus peruersus est lingua magistrôrum docentium benè, & viuentium malè. Et ideò quasi ex peruerso arcu sagíttam emittunt, dum suá prauam vitam propriæ linguæ ictu confódiunt: qui diuina prædicant, & ex eiusdē prædicatiônis dig-

nitâte víuere minùs curãt. Habentes verbum Dei in ore, & in opere non habentes:multa benè docéntes,nihil autem operantes, imitãtur Balaam ariolum, qui corruens opere, apertos habuit oculos ad contuendam lucem doctrinę.

℟. Poſuit adiutorium.78.

Lectio vj.

QVi benè docet, & malè viuit,tamquã æs,aut cymbalum, ſonum facit alijs, ipſe tamen ſibi manet in ſenſuâlis. Quod docet benè viuentibus próficit: quod verò malè viuit, ſe ipſum occîdit.Sicut ſacérdos:qui ſi dignè agit, vt ſacerdôtẽ decet miniſterium eius,& ipſi,& alijs vtile eſt.Indignè autem viuens,alijs quidem vtilis eſt loquendo,ſe autem intérficit prauè viuendo, ac per hoc quod in illo mortuum eſt, proprium eius eſt, quod verò viuit in eo, ideſt, ſacrum myſterium, alienum eſt.

℟. Iſte eſt qui ante Deũ.79.

In tertio Nocturno.

Lectio ſancti Euangelij ſecundùm Matthæum.

Lectio vij.

IN illo tempore: Dixit Ieſus diſcipulis ſuis: Vos eſtis ſal terræ.Quòd ſi ſal euanúerit, in quo ſaliêtur? Et reliqua.

Homilîa ſancti Ambroſij Epiſcopi.

*Ex comment. in Pſalm.*118. *Serm.*14.*de ver.Lucerna pedibus meis verbum tuum.*

IOannes lucérna erat ſicut dixit Dominus de eo:Ille erat lucérna ardens & illuminans:bona lucérna, quæ lumen accipiêbat à Chriſto, vt lucêre poſſet in hoc ſæculo, meritò ardens,

dens, meritò illuminans, qui erat nuntius Christi illuminans prædicatiône fidei péctora singulôrum. Sed & istis lucérnis dedit, vt lux mundi essent, dicens ad Apostolos: Vos estis lux mundi. Ergo si gloria sanctorum nunc sicut lucérna, nunc, sicut lux mundi fulget in hoc sæculo, quid dicimus de verbo Dei, quod & lucérna est pedibus meis? ℟. Amâuit eum Dñs. 80.

Lectio viij.

PAratum fac candelâbrum tuum, vt lux tua non operiâtur, integumento corporis tui, & mẽsûra terrenæ huius fragilitâtis, sed supra mensuram corpóreæ infirmitâtis animę tuę virtûte pręfulgeas. Aut si ad mensuram tenêris, vide ne deficiant ipse mensûræ, nec superffluant, sed bonis seminibus sint contentæ. Non sit otiosus sermo tuus, non feriêtur, & vacet verbum tuum, ne fiat lucérna submodio. Potens est Deus, qui super candelâbrum constituat lucérnam tuam, vt lúceat omnibus, qui in domo sunt: & qui ingrediuntur, vt lumen vídeant. Candelâbrum principâle nostrũ est, pone sermônem, in principali tuo, & omnibus lucet, qui ingrediúntur in Ecclesiam. ℟. In medio Ecclesiæ. 81.

Lectio jx.

SCriptum est: Lumen iusti semper inextinguibile est, lumen autem impiôrũ extinguétur. Hoc lumen erat lucérnæ, quæ lucêbat in tabernáculo testimonij, & hodie quæ lucet in Ecclesia, vir sapiens. Hic est oculus Eccle-

clesiæ, qui non dicit mánibus, hoc est operantibus, cùm sit quidem angustijs opértus, sed non angustus, ad intelligendum nõ estis mihi necessarij. Ergo super candelâbrum lucêbat, qui dicêbat, nostra autem conuersátio in cœlis est. Nam & Dauid tota mente iam conuersabàtur in cœlo, & adhuc tamen dicêbat: lucérna pédibus meis verbũ tuum. Te Deum. 27.

Die vj. Aprilis.

Tertia die infraoctauam sancti Isidori.

In primo Nocturno. Lectiones de scriptura occurrenti.

In secundo Nocturno.

Sermo sancti Isidôri Archiepiscopi Hispalẽsis.

Ex lib. 3. sentent. cap. 34.

Lectio jv.

Non sunt promouédi ad régimen Ecclesiæ, qui adhuc vitijs subiacent: hinc est, quod præceptum est Dauid, nõ ędificâre visibile templum, quia sanguinum vir, id est, belli frequentia illi esset. Qua figûra illi spiritualiter admonéntur, qui vitiôrum ad huc corruptioni sunt dediti, ne templum ædificent, hoc est, Ecclesiã docêre præsúmant. Non debet honôris ducâtum suscípere, qui nescit subiectis trámite vitæ melioris preire, nec enim quisquã ad hoc tantùm præficitur, vt subditôrum culpas córrigat, & ipse vitijs seruiat. ℟. Inuênit Dauid. 76.

Lectio v. *Cap. 35.*

Sicut inîqui, & peccatores ministerium sacerdotâle assequi prohibẽtur, ita in docti, & imperîti à tali officio retrahuntur: Illi enim exemplis suis

vitam bonôrum corrumpunt: isti verò sua ignáuia inîquos corrigere nesciũt. Quómodo docêre poterunt, quod ipsi non didicêrunt? Désinat locum docendi suscipere, qui nescit docêre. Ignorantia quippè præsulum, vitæ non congruit subiectôrum. Cæcus enim si cæco ducâtum prębuerit, ambo in foueam cadent. Sacerdôtes indoctos per Isaïam Prophêtam Dominus improbat, dicẽs: Ipsi (inquit) postôres ignorâbant intelligentiam, & iterum: Speculatôres cæci omnes, id est, imperiti Episcopi nesciêrunt (inquit) vniuersi, canes muti non valentes latrâre, hoc est, plebes commíssas nõ valentes resistendo malis, per verbum doctrînæ defendere. ℟. Posuit adiutorium. 78.

Lectio vj. *Cap.36.*

TAm doctrina, quàm vita clarêre debet Ecclesiasticus Doctor: nã doctrina sine vita arrogantem reddit, vita sine doctrina inutilem facit. Sacerdôtis prædicatio opéribus cõfirmanda est, ita vt quod docet verbo, instruat exẽplo. Vera est illa doctrina, quàm viuendi sequitur forma. Nam nihil turpius est, quàm si bonum, quod quisque sermone prædicat, explêre ópera négligat. Tunc enim vtiliter prædicatio profertur, quãdo efficaciter adimplêtur. Vnusquisque prædicâtor, & bonæ actionis, & boni prædicationis habêre debet studium, nam alterum sine altero non facit perfectum. Omnis vtilis doctor plebibus subiectis ita se præstâre debet, atque insiste-

ſiſtere doctrinæ, vt quantò claret verbo, tantò clarêſcat, & merito. ℟. Iſte eſt qui ante Deum. 79.

In tertio Nocturno.

Lectio ſancti Euangelij ſecundùm Matthæum.

Lectio vij. *Cap.5.b.*

IN illo tempore: Dixit Ieſus diſcipulis ſuis: Vos eſtis ſal terræ. Quòd ſi ſal euanúerit, in quo ſaliêtur? Et reliqua.

Homilîa ſancti Auguſtini Epiſcopi.

Lib.1.de ſermone Domini in monte, cap.6.tom.4.

OStendit Dominus, fátuos eſſe iudicãdos, qui temporalium bonorum, vel copiam ſectãtes, vel inopiam metuentes, amittunt æterna, quæ nec dari poſſunt ab hominibus, nec auférri. Itaque ſi ſal infatuâtum fuerit, in quo ſaliêtur? Ideſt, ſi vos, per quos condiendi ſunt quodãmodò populi, metũ perſecutionum temporalium amiſeritis regna cœlorum; qui erunt homines, per quos à vobis error auferâtur, cum vos elegerit Deus, per quos errorem auferat cæterorũ? ℟. Amauit eum Dominus. 80.

Lectio viij.

ERgo ad nihilum valet ſal infatuatum, niſi vt mittatur foras, & calcêtur ab hominibus. Non itaque calcâtur ab hominibus, qui patitur perſecutionem: ſed qui perſecutionem timendo infatuatur. Calcári enim non poteſt, niſi inferior: ſed inferior non eſt, qui quamuis corpore multa in terra ſuſtineat, corde tamẽ fixus in cœlo eſt. ℟. In medio Eccleſiæ. 81.

Le-

Lectio jx.

Vos estis lumen mũdi. Quómodo dixit superiùs sal terræ, sic nunc dicit lumen mundi. Nam neque superiùs ista terra accipienda est, quam pédibus corporeis calcâmus; sed homines, qui in terra habitant, vel etiam peccatores, quorum condiendis, & extinguendis putóribus Apostolicum salem Dominus misit. Et hîc mundum nõ cœlum, & terram, sed homines qui sunt in mundo, vel diligunt mundum, oportet intelligi, quibus illuminãdis Apostoli missi sunt. Non potest ciuitas abscõdi super montem posita: id est, fundata super insignem magnamque iustitiã, quam significat etiam ipse mons, inquo dísputat Dñus. Te Deum laudamus. 27.

Die vij. Aprilis.

Quarta die infraoctauam sancti Isidori.

In primo Nocturno Lectiones de scriptura occurrenti.

In secundo Nocturno.

Sermo sancti Isidori Archiepiscopi Hispalẽsis. *Lib.3.sentent.cap.46.*

Lectio jv.

Sacerdotes pro populorum iniquitate dãnantur, si eos aut ignorantes non erudiant, aut peccantes non arguant, testãte Domino ad Prophetã: speculatorem dedit te domui Israël, si non fueris locûtus, vt se custodiat impius à via sua mala, ille in iniquitate sua moriêtur, sanguinem autem eius de manu tua requîram. Sic enim Heli sacerdos profiliorum iniquitate damnâtus est, & licèt eos delinquen-

quentes admonúerit, ſed tamen non vt oportêbat, redárguit. ℟. Inuênid Dauid. 76.

Lectio v.

SAcerdotes exquírere debent peccata populorum, & ſagâci ſolicitudine vnumquẽque probâre: iuxta teſtimonium Domini ad Hieremîam loquentis. Probatôrem, inquit, dedi te in populo meo robuſtum, & ſcies, & probâbis vias eorum. Sacerdotes ſtudio corrigendi facta perſcrutari debent ſubiectorum, vt emendatos lucrifácere poſſint. Sicut autem peccatorem cõuenit arguit, ita iuſtum non exulcerâri. Sacerdotes curam debent habêre de his, qui pereunt, vt eorum redargutione, aut corrigãtur à peccatis, aut ſi incorrigibiles exiſtunt, ab Eccleſia ſeparentur. ℟. Poſuit adiutorium ſuper potentem. 78.

Lectio vj.

ATróciter arguúntur ſacerdotes, qui peccantem non recipiunt, ſed deſpiciunt, & ſpernũt: nec altérius delictum tamquã proprium ingemiſcũt. De talibus per Iſaíam Dominus cómminans dicit. Qui dicunt, recêde à me, non appropinques mihi, quia immundus eſt, iſti fumus erant in furôre meo ignis ardens tota die. Inde eſt, quòd & Apoſtolus omnibus omnia factus eſt non imitatione errôris, ſed cõpaſſionis miſeratione, ſcilicet, vt ita vitia aliêna fléret, quemádmodum ſi tali, & ipſe implicarêtur errore. ℟. Iſte eſt qui ante Deum. 79.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Euangelij secundùm Matthæum.

Lectio vij.

IN illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis: Vos estis sal terræ. Quòd si sal euanúerit, in quo saliêtur. Et reliqua.

Homilîa sancti Augustini Episcopi.

Ex lib. eod. de serm. Domini in monte, cap. 12.

ET bene modius dicitur, siue propter retributionem mensuræ, qua quisque recipiet, quæ gessit in corpore, vt illic (inquit Apostolus) recipiat vnusquisque quæ gessit in corpore. Et tamquam de hoc modio corporis alio loco dicitur: In qua mensura mensi fuéritis, in ea remetiêtur vobis. Siue quoniam temporalia bona, quæ corpore peragúntur, certa diêrum mensúra, & inchoãtur, & transeunt, quam fortassè significat modius, æterna verò, & spiritalia nullo tali fine coarctantur, non enim ad mensuram dat Deus spiritum. ℟. Amâuit eum. 80.

Lectio viij.

SVbmódio ergo lucérnam ponit, quisquis lucem bonæ doctrinæ cõmodis temporalibus obscûrat, & tegit: super candelâbrum autem, qui corpus suum ministerio Dei subijcit, vt supérior sit prędicatio veritatis, & inferior séruitus corporis, per ipsam tamen corporis seruitutem, excelléntior lúceat doctrina, quæ per officia corporalia, idest, per vocem, & linguam, & cæteros corporis motus in bonis opéribus insinuâtur etiam discentibus. ℟. In medio Ecclesiæ. 81.

Le-

Lectio jx.

SVper candelâbrũ ergo ponit lucérnam, cum dicit Apoſtolus: Non ſic pugno, tamquam aërem cædens, ſed caſtigo corpus meum, & ſeruituti ſubijcio, ne fortè alijs prædicás ipſe réprobus inuéniar. Quòd verò ait, vt luceat omnibus, qui in domo ſunt, domum puto dictá habitationem hominum, ideſt, ipſum mundũ, propter id quod ſuperiùs ait: Vos eſtis lumen mundi, aut ſi domũ quiſque vult accipere Eccleſiam, nec hoc eſt abſurdum. Te Deum. 27.

Die viij. Aprilis.

Quinta die infraoctauã ſancti Iſidori.

In primo Nocturno Lectiones de ſcriptura occurenti.

In ſecundo Nocturno.

Sermo ſancti Iſidori Archiepiſcopi Hiſpaléſis. *Lib.3.ſentent.cap.46.*

Lectio iv.

BOni paſtores populi debent delicta deflêre, & totos ſe planctibus trádere, imitantes Hieremiam Prophetam dicenté: Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lacrymârum, & plorabo die, ac nocte, interfectos populi mei? Tamquá propria igitur delicta, plebis peccata ſacerdos flere debet, ſed affectu compatiendi, non accuſatione commiſſi. Nonnulli præſules gregis quoſdam pro peccato à communione eijciunt, vt pænitcant, ſed qualiter poſt viuere debeant, ad melius exortando, non viſitant, quibus congruè ſermo diuinus increpans

pans comminatur. Pastores qui pascitis populum meum, vos dispersistis gregem meum, eiecistis, & nõ visitastis eos: ecce ego visitabo super vos malitiam studiorum vestrorum.

℟. Inuênit Dauid. 76.

Lectio v.

BOnorum studia sacerdotum multa diligentia etiam parua plébium facta perquîrunt: vt dum in minimis subditorum peccatis, se acerrimos præstát, de maioribus malis cautos sibi, subiectosq; ac solicitos faciant, sicut medici morbos imminéntes curandos suscipiunt, futûros verò, ne irrêpant, medicînæ obíectu quadã præscientia antecêdunt: ita & doctores boni, ea quæ malè acta sunt, résecant, vt ea quæ admitti possunt, ne perpetréntur, doctrina sua succurrẽte prçueniunt.

℟. Posui adiutorium super potentem. 78.

Lectio vj.

DOctores non numquam duriùs feriunt increpationibus subditos, qui tamen à charitâte eorum, quos corripiunt, non recedunt. Sæpè Ecclesiæ censura arrogantibus videtur esse superbia, & quod à bonis piè fit, crudeliter fieri putatur à prauis. Quia non discernunt recto oculo, quod à bonis recto fit animo. Notãdum est vehementer abomni Pontifice, vt tantò cautiùs erga commissos agat, quãtò duriùs à Christo iudicari formîdat: nã sicut scriptum est, in qua mensura mensi fuerîtis, in ipsa remetiêtur vobis. ℟. Iste est. 79.

In tertio Nocturno.

Le-

Lectio ſancti Euangelij ſecundùm Matthæum.

Lectio vij.

IN illo tempore: dixit Ieſus diſcipulis ſuis: Vos eſtis ſal terræ. Quòd ſi ſal euanúerit, in quo ſaliêtur. Et reliqua.

Homilîa ſancti Auguſtini Epiſcopi.

*Ex lib.eod.de ſerm. Domini in monte, cap.*12.

SIc luceat (inquit) lumẽ veſtrum coram hominibus, vt videant bona facta veſtra, & glorificent Patrem veſtrum, qui in cœlis eſt. Si tantummodò diceret: Sic luceat lumen veſtrum coram hominibus, vt videant bona facta veſtra, finem conſtituiſſe videretur in laudibus hominum, quas quærunt hypocritæ, & qui ambiunt ad honores, & captant inaniſſimam gloriam. Contra quos dicitur: Si adhuc hominibus placêrẽ, Chriſti ſeruus non eſſem: & per Prophetam, qui hominibus placent, confuſi ſunt, quia Deus nihil fecit illos. ℞. Amâuit eum Dñs. 8.

Lectio viij.

NOn ergo tantùm dixit, vt videant bona ópera veſtra, ſe addidit: Et glorificent Patrem veſtrum, qui in cœlis eſt: vt hoc ipſum quod homo per bona ópera placet hominibus, non ibi finem conſtituat, vt hominibus placeat, ſed réferat hoc ad laudem Dei, & proptéreà placeat hominibus, in illo glorificetur Deus. Hoc enim laudantibus expedit, vt non hominem, ſed Deũ honôrent, ſicut in ipſo homine, quem portâbat, Dominus oſtendit, vbi admirâtæ ſunt turbę, paralytico ſanâ-

ſanàto, virtûtes eius, ſicut in Euangelio ſcriptum eſt: Timuêrunt, & glorificauêrunt Deum, qui dedit poteſtatem talem homínibus. ℞. In medio Eccleſiæ. 81.

Lectio jx.

POſtquam ergo cohortatus eſt audientes, vt ſe pręparent ad omnia ſuſtinenda pro veritâte, atque iuſtitia, & non abſcónderent bonũ quod acceptûri erant, ſed ea beneuolentia díſcerent, vt cæteros docêrent non ad laudem ſuam, ſed ad glóriam Dei bona ſua ópera referéntes: íncipit eos iam reformâre, & docêre, quid doceant, tamquam ſi quærerent dicentes: Ecce vólumus omnia ſuſtinêre pro tuo nomine, & doctrinam tuam non abſcóndere. Sed quid eſt hoc ipſum, quod veritas abſcóndit, & pro quo iubes omnia tolerári? Numquid aliud dictûrus es contra ea quæ in lege ſcripta ſunt? Non, inquit. Nolíte enim putâre, quoniam veni ſoluere, ſed adimplêre. Te Deum. 27.

DIE jx. APRILIS.

Sexta die infra octau. ſancti Iſidori.

In primo Nocturno Lectiones de ſcriptura occurrenti.

In ſecundo Nocturno.

Sermo ſancti Iſidori Archiepiſcopi Hiſpalenſis. *Ex lib. 3. ſentent. cap. 45.*

Lectio jv.

QVibus docendi forma commîſſa eſt, multum ſúbeunt periculi, ſi contradicentibus veritâti, reſiſtere volúerint: dum Propheta Doctorẽ Eccleſiæ inſtruat ad

ad ſummum, vſque iuſtitię peruenîre, cum dicit: ſuper montem excelſum aſcénde tu, qui euangelîzas Siõ, ſcilicet, vt ita præémineat meritò, ſicut & gradu. Sequenter, ne fortè debeat à docendo timôre reſtringi, audiat. Exalta in fortitudine vocem tuam, & noli timêre: vnde, & Hieremiæ ita Dominus ait: Accinge lumbos tuos, & ſurge, lóquere ad eos, ne formîdes à facie eorum, vnde appâret, quia & non timêre donũ, eſt Dei. ℟. Inueni Dauid. 76.

Lectio v.

QVi perſonam potentis áccipit, & veritâtem loqui pertiméſcit, grauiùs culpæ mulctâtur ſententia. Multi enim ſacerdôtes, metu poteſtatis veritatem occultant, & habentur rei, qui à bono ópere, vel à iuſtitiæ prædicatione rei alicuius formidine, aut poteſtate terrente auertúntur. Sed heu, proh dolor! inde métuunt, quia vel amore rerũ ſæcularium implicantur, vel quia aliquo facínoris ónere confunduntur. Multi Præſules Eccleſiarum timentes, ne amicitiam ſæcularium perdant, & moleſtiam odiôrum incurrãt, peccantes non arguunt, & corrípere pauperum oppreſſôres verentur, nõ pertimeſcéntes, quòd de veritate ſint redditûri rationẽ, pro eo quod conticeſcunt de plebibus ſibi commiſſis. ℟. Poſui adiutoriũ. 78.

Lectio vj.

QVando à potentibus pauperes opprimũtur, ad eripiendos eos boni ſacerdotes protectionis auxilium ferunt,

nec verentur cuiusque inimicitiârum molestias, sed oppressôres pauperum palam arguunt, increpant, excommunicant, minusque métuunt eorum nocendi insidias, etiam si nocêre váleant. Sicut péruigil pastor contra bestias oues custodîre solet, ita & Dei sacerdos super gregem Christi solicitus esse debet, ne inimicus vastet, ne persecûtor infestet, ne potentioris cuiusque cupíditas vitã pauperum inquiêtet. Praui autem pastores non habent curam de óuibus, sed sicut legitur in Euangelio de mercenarijs, vident lupum venientẽ, & fugiunt. Tunc enim fugiunt quando potentibus tacent, & malis resistere metuunt. ℟. Iste est qui ante Deum. 79.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Euangelij secundùm Matthæum.

Lectio vij.

IN illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis: Vos estis sal terræ, quòd si sal euanúerit, in quo saliêtur? Et reliqua.

Homilía sancti Hilarij Episcopi.

Comment. in Matth. cant. 4.

VOs estis sal terræ, quod si sal infatuâtum fuerit, ad nihilum valet id quod saliêtur. Sal, vt arbitror, terræ nullum est, quomodo ergo Apostolos sal terræ nuncupâuit? Sed proprietas est quærenda dictôrum, quam & Apostolorum officium, & ipsius salis natura monstrâbit. Sal est in se vno cótinens aquæ & ignis elementum, & hoc ex duôbus est vnum. Hic igitur in omnem vsum humani géneris effectus incorrup-

tiô-

tiônem corpóribus, quibus fúerit aſpérſus, impértit, & ad omnem ſenſum condîti ſapóris aptiſſimus eſt. Apoſtoli autem ſunt rerũ cœleſtium prædicatôres, & ęternitatis velut ſatôres, immortalitâtem, omnibus corporibus, quibus eorum ſermo aſpérſus fúerit, conferentes. ℟. Amauit eum Dominus. 80.

Lectio viij.

MEritò igitur ſal terræ núcupâti ſunt, per doctrinæ virtutem ſaliendi modo æternitati corpora reſeruantes. Sed natura ſalis ſemper éadem eſt, nec immutâri vmquã poteſt. Verùm quia conuerſioni homo ſubiacet, & ſolus beatus, qui vſque ad finem in omnibus Dei opéribus permánſerit: ideò eos ſal terræ nuncupâtos monet, in traditæ ſibi poteſtatis virtute perſiſtere. Ne infatuâti nihil ſaliant, & ipſi, ſenſu accepti ſapôris amiſſo, viuificâre corrupta non poſſint, & proiecti de Eccleſiæ promptuarijs, cum ijs quos ſaliêrunt, pédibus incendentiũ proterântur. ℟. In medio Eccleſiæ. 81.

Lectio jx.

VOs eſtis lux mundi. Natûra luminis eſt, vt lucem quocumque circunferâtur emittat, illatumque ædibus, tenebras interimat luce dominante. Igitur mundus extra cognitiônem Dei poſitus obſcurabâtur ignorantiæ ténebris, cui per Apoſtolos ſcientiæ lumen inuéhitur, & cognitio Dei claret, & de paruis eorum corpuſculis, quacũquè inceſſerint, lux ténebris miniſtrâtur. Te Deum. 27.

Die x. Aprilis.

Septima die infra octauam sancti Isidori.

In primo Nocturno Lectiones de scriptura occurrenti.

In secundo Nocturno.

Sermo sancti Isidori Archiepiscopi Hispalensis.

Ex lib.3.sentent. cap.42.

Lectio iv.

QVi præficitur ad régimen, taliter erga disciplinam subiectorum præstare se debet, vt non solùm auctoritate, verùm etiã humilitate claréscat, sed tamẽ ita erit in illo virtus humilitatis, ne dissoluâtur vita subditôrum in vitijs, atque ita auctoritas áderit potestatis, ne per tumôrem cordis seuéritas existat immoderatiônis. Hæc est enim in Dei sacerdotibus vera discretio: qua nec per libertatem supérbi, nec per humilitatẽ remíssi sint. Hinc est quòd sancti cum magna constãtia redarguêrunt etiam principum vitia. In quibus cùm summa esset humilitas, loco tamẽ necessario liberè transgressores iustitiæ increpâbant.

℟. Inuêni Dauid. 76.

Lectio v.

ALiquando subditis nos oportet animo esse humiliôres, quoniam facta subditorum iudicantur à nobis, nostra verò Deus iudicat. Agnoscat Episcopus se esse conseruum plebis, non dominũ, verùm hoc charitas non conditio exigit. Non omnibus vna, eádemquè doctrina est adhibenda: sed pro qualitate morum diuersa exhortatio erit Doctorum. Nam quosdam increpatio dura, quosdam

verò

verò exhortatio corrigit blanda. ℟. Posui adiutorium. 78.

Lectio vj.

SIcut periti medici ad varios corporis morbos diuerso medicamine seruiunt, ita, vt iuxta vulnerum varietâtes medicina diuersa sit: sic & Doctor Ecclesiæ singulis quibusq; hominibus congruum doctrinæ remedium adhibêbit, & quid cuique oporteat pro ætâte, pro sexu, ac professione annuntiâbit. Nõ omnibus ea quæ clausa sunt, aperienda sunt. Multi sunt enim qui cápere non possunt: quibus si indiscrêtè manifestêtur, statim aut détrahunt, aut négligunt. ℟. Iste est. 79.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Euangelij secundùm Matthæum.

Lectio vij.

IN illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis: Vos estis sal terræ. Quòd si sal euanúerit, in quo saliêtur? Et reliqua.

Homilîa sancti Ioannis Chrysostomi.

Homil. 15. in Matth.

ATténde quid dixerit. Vos estis sal terræ, per quod osténdit, quã necessariè ista præcipiat. Non enim pro vestra, inquit, salûte tantúmmodò, se pro vniuerso prorsus orbe hæc vobis doctrina, cõmittitur. Nõ ad duas quippè vrbes, aut decem, aut viginti, neque ad vnam gentem vos mitto, sicut mittêbam prophêtas: sed ad omnem terram prorsus, ac mare, totumque mũdum, & hunc varijs criminibus opréssum. Dicendo enim: Vos estis sal terræ, osténdit omnium homi-

num infatuâtam esse naturam, & putrefáctam à peccatis. Et id circò illas ab eis maximè virtutes requîrit, quæ cunctis necessariæ, atque vtiles sunt futûrę. ℟. Amâuit eum. 80.

Lectio viij.

CVm enim mansuêtus aliquis, ac modéstus cum misericors fúerit, & iustus, non insemetipso tantummodò hæc rectè facta conclûdet, verùm in aliorum quoque vtilitâtẽ, bonos hos fáciet emanâre fontes: sed qui mundo corde est, atque pacificus, & qui persecutiônem pro veritate perpétitur, nihilóminus in commûne commódum vitæ suæ statuit exémplum. Ne igitur opinémini ad mediócria vos ducendos esse certámina, neque pro exíguis rebus hunc insonâre sermonem. ℟. In medio Ecclesiæ. 81.

Lectio ix.

QVid igitur: ipsi ne putrefácta medicati sunt? Nequáquam: nec enim possibile est, vt ea, quæ corrûpta sunt, salis perfricatiône reparéntur. Non hoc fecêrunt ergo, sed ante renouâta, sibique trádita, atque ab illa iam putrédine liberâta, perfricâbant sale, & in ea nouitate seruabant, quã à Domino vtique suscéperant: liberare quippè à putredine peccatorum, Christi profectò virtutis est: vt autem non ad illa iterum reuertántur, Apostolôrum curæ est, ac labôris. Te Deum. 27.

DIE xj. APRILIS.

In Octaua sancti Isidori Archiepiscopi Hispal. omnia dicuntur vt in die, preter

ter Lectiones, quæ hic ſignantur.

In primo Nocturno Lectiones de ſcriptura occurenti.

In ſecundo Nocturno.

Sermo ſancti Iſidori Archiepiſcopi Hiſpalenſis. *Ex lib. 2. de Eccleſ. offic. cap. 5. de Sacerdotibus.*

IN nouo teſtamento poſt Chriſtum ſacerdotâlis ordo à Petro Apoſtolo cœpit: ipſi enim primum datur Pontificâtus in Eccleſia Chriſti. Sic enim lóquitur ad eum Dominus: Tu es, inquit, Petrus, & ſuper hanc petram ædificâbo Eccleſiam meã, & portæ inferi non prævalêbunt aduérſus eam: & tibi dabo claues regni cœlorum. Hic ergo ligandi, ſoluendique poteſtatem primus accêpit, primuſque ad fidem populum virtute ſuæ prædicationis adduxit. Siquidem, & cæteri Apoſtoli cum Petro par conſortium honôris, & poteſtatis accepêrunt. Qui etiam in toto orbe diſperſi Euangelium, prædicauêrunt, quibúſque decedéntibus ſucceſſêrunt Epiſcopi, qui ſunt conſtitûti per totum mundum in ſédibus Apoſtolorum. Qui nõ iam ex génere carnis, & ſanguinis eliguntur, ſicut priùs ſecundùm ordinem Aaron, ſed pro vniuſcuiuſque vita, méritoquè, quo in eum Dei gratia contúlerit. ℟. Inuênit Dauid. 76.

Lectio V.

QVatuor autem génera ſunt Apoſtolorum: vnum à Deo tantùm vt Moyſes: alterum per hominem, & Deum, vt Ióſue: tertium tantùm per hominem, ſi-

cut his tempóribus: multi fauôre populi,& poteſtatū in ſacerdotium ſubrogantur. Quartum autem genus ex ſe eſt, vt Pſeudo prophetæ,& Pſeudo Apoſtoli. Quid ſit autem nomē Apoſtolorum. Apoſtoli in latîna lingua miſſi interpretantur, quia ipſos miſſit Chriſtus euangelizâre ad illuminatiônem omnium populorum. Epiſcopatus autem, vt quidam prudéntium ait, nomen eſt ópe-ris, non honôris, Græcum eſt enim atque inde ductū vocabulum, quòd ille, qui ſuper efficitur, ſuper intendit, curam, ſcilicet, ſubditorum gerens. ℟. Poſui adiutorium. 78.

Lectio vj.

QVa propter, quia lex peccatôres à ſacerdotio remouet, conſideret ſe vnuſquiſque, & ſciens, quia potentes potenter patientur tormenta, retrahat ſe ab hoc, non tàm honore, quàm ónere. Et aliorum locum, qui digni ſunt, non ambiat occupare. Qui enim in erudiendis, atque inſtituendis ad virtutem populis præerit, neceſſe eſt vt in omnibus ſanctus ſit, & in nullo reprehenſibilis habeatur. Qui enim alium de peccatis arguit, ipſe à peccato debet eſſe alienus. Ná qua fronte ſubiectos argúere póterit, cùm illi ſtatim poſſit correctus ingerere: ante doce te quæ recta ſunt. ℟. Iſte eſt qui. 79.

In tertio Nocturno.

Lectio ſancti Euangelij ſecundùm Matthæum.

Lectio vij.

IN illo tempore: Dixit Ieſus diſcipulis ſuis: Vos eſtis ſal terræ. Quòd ſi

ſal

ſal euanúerit, in quo ſaliê-tur. Et reliqua.

Homilîa ſancti Ioannis Chriſoſtomi. *Homil.15.*

NOlite de difficultâte cónquæri, quaſi qui doctrinam meã moleſtam eſſe dicatis, in fatuâtis enim conculcatiſque populis per vos ad ſapientiam redîre poſſibile eſt. Si verò id etiam patiámini, vos ipſi vobiſcum perdêtis, & reliquos. Itaque quãtò etiam maiorum vobis rerum cura committitur, tantò potiore indigêtis, & ſtudio. Propter quod íntulit, ſi autem ſal euanúerit, in quo ſaliêtur? ad nihilum valet vltra, niſi vt mittâtur foras, & conculcêtur ab hominibus. ℟. Amâuit. 80.

Lectio viij.

NE enim audientes cùm exprobráuerint vobis, & perſecûti vos fúerint, & dixerint omne malum aduerſum vos, in medium prodîre formîdent, dicit, quóniam ad iſta fuerîtis parati, fruſtra etiã prodîtis in publicum. Non enim vos oportet maledicta hominum timêre, ſed ad laudes, quaſi audîre cupiatis, tunc verè infatuandi eſtis, atque calcandi. Si verò perſeuerábitis vos metipſos vndique caſtigãtes, & deinde audierîtis mala, gaudête. Hoc enim eſt opus ſalis laxa quæque úrere, adque reſtringere. ℟. In medio Eccleſiæ. 81.

Lectio jx.

NOn poteſt ciuitas abſcondit ſupra mõtem poſita, neque accendunt lucernam, & ponunt eam ſub módio. Rurſus eos per iſta, ad benè viuendi diligentiam cohortatur: oſtendens, vt ſtudeant eſſe ſo-

ſolíciti, quaſi ante omniũ ſcilicet oculos conſtitûti, & in medio orbis terrarũ certantes theâtro. Nolîte, inquit, aſpícere, quia in iſto nunc reſidêmus loco, & inexigua ſumus parte certáminis, ſic enim éritis maniféſti cunctis, quemadmodum ciuitas in montis vertice collocata, vel ſicut lucérna in domo ſupercandelàbrum relúcens. Vbi nunc ſunt Chriſti virtutis incréduli, audiant iſta & prophetiæ poténtiam poſt experimenta mirantes maieſtatem Domini admirando venerētur. Te Deum laudâmus. 27.

DIE XIIJ. APRILIS.

In feſto ſancti Hermenegildi Regis Hiſpal. & Martyris. Duplex 2. claſſis.

Añæ. ad Veſperas, & ad Matutinum Inuitatorium, Verſiculi, Añæ. & Reſponſoria ſumenda ſunt pro tempore, quo hoc Feſtum venerit, de cõmuni vnius Martyr. vel temporis Paſchali, vel extra tempus Paſch. propterea hic non aſſignantur.

Si hoc feſtum venerit in Quadrageſ. in primis Veſp. & Laudibus fit commem. Feriæ, & in Matut. nona Lectio erit de Homilia Feriæ. In ſecundis Veſp fit commemor. Feriæ, & SS. Tiburtij, & aliorum Mart.

Si venerit in maiori Hebdomada, vel in octaua Paſchæ transfertur poſt ipſam octauam.

Si tempore Paſchali, non translatum, celebretur in ſecundis Veſp. fiat commemor. SS. Tiburtij, & alior. Mart.

In vtriſque Veſperis

HYMNVS.

Regis indígni generôsa proles,
Híspalis clarum decus, Hermenegílde
Rex, & inuíctæ fidei triúmpho
Inclyte Martyr.

Gentis indúctam vítio profânæ
Arij labem mónitis Leandri
Tunc & Ingúndæ, pius eluísti
Sanguine fuso.

Cárceris squalor, nec acérba patris
Ira diuérsis metuénda pœnis,
Nec ferox diram quátiens bipénnem
Térruit vltor.

Nec tibi fluxo trabeâta fastu
Gloria, & splendor plácuit corônæ;
Lúbrica æterni sed amôre Regni
Sceptra relínquis.

Ergo sanctôrum potiôris aulæ
Cinctus incêdis prócerum catérua
Martyr, hos fulgens meliôris ornat
Púrpura cultus.

O tuæ gentis pater, atque custos
Sint tibi hæc semper tua regna curæ,
Votaque ad summum reféras precâmur
Nostra parentem.

Cui tuo crescens pietas trophæo
Cómparem natum docet, & poténtem
Spiritum, viuet quibus vnus omni

Tém-

Témpore cultus, Amen.

℣.& Aña.vt in communi.

Oratio.

DEus, qui beâtum Hermenegildum Martyrem tuum pro cœlesti regno terrênum contémnere docuisti, da quæsumus nobis eius exémplo terrêna despícere, & amâre cœlestia. Per Dominum.

Ad Matutinum.

HYMNVS.

NOcte sublústri prope lucis auras
Quæ resurgénti micat alma Christo
Tránsitus sancti quoque per beâtus
Principis instat.

Venit à sæuo genitôre mystes
Pérfidus, sectæ referens nefástæ
Symbolum, digna sed eum repúlsa
Reijcit Heros.

Réspuit regni miseras curûles
Præferens regis diadêma Christi
Sponte, & vltrîcem súbijt, iubente
Patre, secûrim.

Truncus ò felix, radiâtus alma
Lámpadum luce in médijs tenêbris
Læta cui cantu chorus Angelôrum
Iusta dedêre.

Sit tibi, spreta nece quæ triumpho
Hermenegíldum décoras perénni
Trínitas vnus Deus, vna cunctis

Glo-

Gloria sæculis, Amen.

In primo Nocturno Lectiones. Fratres, debitores sumus, vt in cōmuni plurim. Martyrum.

In secundo Nocturno.

Ex B. Greg. Pap. lib. 3. Dial. cap. 31. & Greg. Turonen. Episc. lib. 5. hist. Franc. cap. 38. lib. 6. cap. 43. & lib. 8. cap. 28.

Lectio jv.

BEatissimus Martyr Hermenegildus Rex Leouigildi Visegothôrum Regis, & Theodôrę Regînæ sancti Leandri sorôris primogénitus, sanctissimo auunculo prædicante, & Ingúnda vxôre Sigisberti Francorum Regis filia, pia fæmina, assiduè suadénte, ab Ariâna prauitate ad rectam fidem conuersus est: quem pater Ariânus, vt ad eámdem hæresim rediret, & præmijs suadêre, & minis terrôre conatus est. Cumque ille constantissimè respōdêret numquam se veram fidem posse relínquere, quam semel cognouisset, irâtus pater eum priuauit regno, rebúsque expoliâuit omnibus. Cœpit itaque idem Hermenegildus Rex iuuenis, terrenum regnum despicere, & forti desidério cœleste quærens in cilicijs vinculatus iacens, omnipotenti Deo ad confortandum se preces effúndere. Tantoq; sublimiùs gloriam transeuntis mundi despícere: quantò & religâtus agnóuerat, nihil fuisse, quod potúerit auferri.

Lectio v.

SVperueniente autem Paschalis festiuitatis die, intempestæ noctis silentio, ad eum pérfidus pa-

pater Ariânum Episcopum misit, vt ex eius manu sacrílegæ consecrationis communionem percípe-ret, atque per hoc ad patris gratiam redire mererêtur. Sed vir Deo déditus Ariâno Episcopo venienti exprobrâuit, vt debuit, eiusque à se perfidiam dignis increpationibus répulit: quia etsi exterius iacêbat ligatus, apud se tamen in magno mentis culmine stabat secûrus.

Lectio vj

AD se itaque reuerso Episcopo, Ariânus pater infrémuit, statimque suos apparitóres misit, qui constãtissimum Confessorem Dei illic vbi iacêbat occiderent: quod & factum est. Nam mox vt ingressi sunt, secûrim cérebro eius insigéntes, vitam corporis abstulérunt. Et hoc in eo valuérunt perímere, quod ipse quoque, qui peremptus est, in se constituerat despicere. Sed pro ostendēda vera eius gloria, supérna quoque miracula non defuêrunt. Nam cœpit in nocturno siléntio psalmódiæ cantus ad corpus eiusdem. Regis, & Martyris exaudîri. Itaque ideò verácitet Regis, quia & Martyris. Quidam etiam ferũt, quòd illic nocturno tempore accensæ lámpades apparêbant. Vnde, & factum est, quatenus corpus illius, vt vidélicet Martyris, iure à cunctis fidélibus venerâri debuisset.

In tertio Nocturno Homilia in Euangelium, Si quis venit ad me, de communi vnius Martyris, etiam si celebretur in tempore Paschali.

Ad Laudes, HYMNVS.

ECquid immânes ácuis ſecûres
Impíe? An ſperas fidei potentem,
Poſſe reſtringui recaléntis ignem
Sanguine nati?

Fálleris, cædes litat iſta Chriſto
Gente pro veſtra, fideique frugem
Terra præclâro dedit auctiôrem
Tincta cruôre.

Arij pulſis pópulus tenêbris,
Réddidit Chriſto méritos honores
Luce Leandri méritis alúmni
Hermenegildi.

Ille ad aſſértæ Tríadis tribûnal,
Vota gentílis pietâtis offert,
Pro fide ſupplex pius aduocâtus
Sóſpite ſemper.

Laudat, & Patrem, génitæque prolis
Numen æternum, páriterque ſancti
Spiritus, quorum decus, & potéſtas
Vna per æuum eſt, Amen.

Oratio vt in Veſperis. In ſecundis Veſperis Hymnus, & oratio vt in primis.

DIE ij. MAIj.

In Feſto S. Fælicis Diaconi Martyris Hiſpal. dupl. 2. claſ. de communi Martyrú temporis Paſchal. oratio, præſta quæſumus omnípotens Deus: vt qui beáti Fælicis martyris tui natalitia

tia cólimus, intercessiône eius in tui nominis amôre roborêmur. Per Dominum.

In primo Nocturno Lectiones Fratres, debitores sumus de commun. plurim. mart. In 2 Noct. Dignum & congruum est, de commun. mart. temp. Paschal. nec non Homilia super Euang. Ego sum vitis vera.

DIE jv. MAIJ.

In Festo Coronæ Domini nostri Iesu Christi, dupl. 2. clas.

In primis Vesperis vsque ad Capit. fit de festo præced. Inuentionis S. Crucis, & à Capit. fit de hoc festo.

Capitulum. *Cant.* 3.

EGredimini, & vidête filiæ Sion Regem Salomônem in Diadémate, quo coronâuit illum mater sua in die desponsatiônis illíus, & in die lætitiæ cordis eius.

HYMNVS.

LAuda fidêlis cóncio
Spinę trophęũ inclytũ:
Per quam perit perditio,
Vtique datur méritum.
Nos à punctúris líberat
Æterni Patris Filius:
Dũ Spinis pungi tólerat
Spinarũ culpæ nescius.
Cum Spinarum acúleum
Christus pro nobis pértulit,
Per Diadêma Spineũ
Vitæ corônam contulit.
Plaudat turba fidélium,
Quòd per Spinæ ludíbriũ
Purgat creâtor omnium
Spinêti nostri vítium.
Quę sumus Auctor omniũ
In hoc Paschali gaudio
Ab omni mortis impetu
Tuum defende populũ.
Deo Patri sit gloria,
Et filio, qui à mortuis
Surrexit, ac Paráclito
In sęculôrũ sęcula. Amé.

℣.

℣. Tuam coronam adoramus Domine, alleluia. ℟. Tuum glorioſum recólimus Triumphũ, alleluia.

Ad Magnificat, Aña.

Apprehendit Pilatus Ieſum,& flagellâuit,& mílites plectêntes coronam de ſpinis,impoſuêrunt capiti eius,& veſte purpúrea circumdedêrũt eum, alleluia,alleluia.

Oratio.

PReſta quęſumus,omnipotens Deus, vt qui in memoriam Paſſionis Domini noſtri Ieſu Chriſti Coronam eius Spineam venerâmur in terris, ab ipſo gloria, & honore coronari mereâmur in cœlis.Qui tecum viuit.

Deinde fit tantum commem. Feſti præced. Aña.

Crucem ſanctam ſubijt, qui infernum confrêgit, accintus eſt potentia, ſurrexit die tertia,alleluia. ℣. Hoc ſignum Crucis erit in cœlo,alleluia. ℟. Cùm Dominus adiudicándum vénerit,alleluia.

Oratio.

DEus,qui in præclára ſalutíferæ Crucis inuentiône, paſſionis tuæ mirácula ſuſcitaſti: concede; vt vitalis ligni prétio, ęternæ vitæ ſuffragia conſequamur. Qui viuis, & regnas cum Deo Patre.

Ad Matutinum, Inuitat.

CHriſtumRegem pro nobis Spinis coronatum. * Veníte adorêmus. Pſalmus. Veníte exultêmus. 7. Hymnus, Lauda Fidêlis, vt ſupra.

In primo Noct. Aña.

Maledicta terra in ópere tuo, Spinas, & tribulos germinâbit tibi,alleluia.

Psalmus 1.

BEatus vir, qui non abijt in consilio impiôrum, & in via peccatôrum non stetit, * & in cathedra pestilentiæ non sedit:

Sed in lege Domini voluntas eius, * & in lege eius meditábitur die ac nocte.

Et erit tamquam lignum, quod plantatum est secus decúrsus aquarum, * quod fructum suum dabit in tempore suo:

Et folium eius non défluet: * & omnia quæcumque faciet, prosperabuntur.

Non sic impij, non sic: * sed tamquam puluis, quẽ proijcit ventus à facie terræ,

Ideò non resurgent impij in iudicio: * neque peccatores in concilio iustôrum.

Quoniam nouit Dominus viam iustôrum: * & inter impiôrum perîbit.

Psalmus 2.

QVare fremuérunt Gentes, * & populi meditati sunt inánia?

Astitérunt reges terræ, & principes conuenérunt in vnum: * aduersus Dominũ, & aduersus Christum eius.

Dirumpâmus vincula eôrum: * & proijciamus à nobis iugum ipsôrum.

Qui habitat in cœlis, irridêbit eos: * & Dominus subsannâbit eos.

Tunc loquêtur ad eos in ira sua, * & in furôre suo conturbâbit eos.

Ego autem constitûtus sum Rex ab eo super Sion montem sanctum eius: * prædicans præceptũ eius.

Dominus dixit ad me: * Filius meus es tu, ego hodie

die génui te.

Póſtula à me, & dabo tibi Gentes hæreditâtem tuã, * & poſſeſſionem tuam términos terræ.

Reges eos in virga férrea, * & tamquam vas figuli confringes eos.

Et nũc reges intellígite: * erudímini qui iudicâtis terram.

Seruíte Domino in timôre: * & exultâte ei cum tremôre.

Apprehendite diſciplínã, ne quando iraſcâtur Dominus, * & pereâtis de via iuſta.

Cùm exárſerit in breui ira eius, * beati omnes, qui confidunt in eo.

Pſalmus 3.

Domine, quid multiplicati ſunt qui tríbulant me? * multi inſurgunt aduerſum me.

Multi dicunt animę meę: * Non eſt ſalus ipſi in Deo eius.

Tu autem Domine ſuſcéptor meus es, * gloria mea, & exaltans caput meum.

Voce mea ad Dominum clamâui: * & exaudîuit me de monte ſancto ſuo.

Ego dormíui, & ſoporâtus ſum: * & exurrexi, quia Dominus ſuſcêpit me.

Non timêbo millia populi circumdantis me: * exúrge Domine, ſaluum me fac Deus meus.

Quoniam tu percuſſiſti omnes aduerſantes mihi ſine cauſa: * dentes peccatorum contriuiſti.

Domini eſt ſalus: * & ſuper populum tuum benedictio tua.

Ant. Maledicta terra in opere tuo, Spinas, & tribulos germinâbit tibi, alleluia. ℣. Tuam coronam

adoramus Domine, alleluia. ℟ Tuum gloriosum recólimus Triumphum, alleluia.

De Isaía Propheta.

Lectio j. *Cap.53.*

QVis credidit audítui nostro? Et brachium Domini cui reuelatum est? Et ascẽdet sicut virgúltũ corã eo, & sicut radix de terra sitiẽti; non est species ei, neque decor, & vidimus eum, & non erat aspectus, & desiderauimus eum; despectũ, & nouissimum virôrum, virum dolôrum, & scientẽ infirmitatem, & quasi absconditus vultus eius, & despectus, vnde nec reputáuimus eum. ℟. Ecce vidimus eum non habéntem speciem, neque decôrem, aspectus eius in eo non est; hic peccata nostra portauit, & pro nobis dolet; ipse autem vulneratus est propter iniquitâtes nostras: * Cuius liuôre sanâti sumus, alleluia. ℣. Verè languores nostros ipse portauit. * Cuius liuôre.

Lectio ij.

VErè languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portâuit, & nos putauimus eũ, quasi leprosum, & percússum à Deo, & humiliâtũ. Ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scélera nostra; disciplina pacis nostræ super eum, & liuôre eius sanâti sumus. Omnes nos quasi oues errauimus, vnusquisque in viam suam declinâuit, & posuit Dominus in eo iniquitatem omnium nostrum. ℟. Quid sunt plagæ istæ in medio manuum tuarum? * Et dicet: His pla-

plagâtus ſum in domo eôru, qui dilıgêbant me, alleluia. ℣. Frámea ſuſcitâre ſuper paſtorem meum, & ſuper virum cohærentem mihi. *Et dicet.

De Zacharia Propheta.

Lectio iij. *Cap.*12.& 13.

ET erit in die illa: quæram contérere omnes gentes, quæ véniũt contra Ierúſalem. Et effundam ſuper domum Dauid, & ſuper habitatôres Ierúſalem ſpiritum gratiæ, & precum: & aſpicient ad me, quem confixêrunt, & plangent eum planctu quaſi ſuper vnigenitum, & dolêbunt ſuper eum, vt dolêri ſolet in morte primogeniti. In die illa magnus erit planctus in Ierúſalem. Et dicetur ei: Quid ſunt plagæ iſtæ in medio manuum tuarum? Et dicet: His plagatus ſum in domo eorum, qui dilìgêbant me. Frámea ſuſcitâre ſuper paſtorẽ meum, & ſuper virum cohęréntem mihi, dicit Dominus exercituum: pércute paſtorẽ, & diſpergentur oues; & conuertam manum meam ad paruulos. ℟. Tuam Coronam Spineam veneramur Domine, tuam glorioſam recólimus paſſionem, *Miſerêre nobis, qui paſſus es pro nobis, alleluia. ℣. Salua preſentẽ catéruam in tuis hodie laudıbus congregatam. *Miſerêre. ℣. Gloria Patri. *Miſerêre.

In ſecundo Noct. Aña.

Pro fruménto ortus eſt mihi tribulus, & pro hordeo Spina, alleluia.

Pſalmus 4.

CVm inuocârẽ exaudîuit me Deus iuſtitiæ meæ: * in tribulatio-

ne dilatásti mihi.

M iserêre mei,* & exaudi orationem meam.

F ilij hominum vsquequò graui corde?*vt quid dilígitis vanitâtem, & quæritis mendacium?

E t scitôte quoniam mirificâuit Dominus sanctum suum:*Dominus exaudiet me cùm clamáuero ad eum.

I rascímini, & nolîte peccare:*quæ dicitis in cordibus vestris, in cubílibus vestris compungímini.

S acrificâte sacrificium iustitiæ, & sperâte in Domino. * Multi dicunt: Quis ostendit nobis bona?

S ignâtum est super nos lumen vultus tui Domine: * dedisti lætitiam in corde meo.

A fructu frumenti, vini,& olei sui * multiplicati sunt.

I n pace inidipsum * dormiam,& requiéscam.

Q uoniam tu Domine singulariter in spe * constituísti me.

Psalmus 5.

VErba mea auribus percipe Domine, *intéllige clamôrẽ meũ.

I ntende voci oratiônis meæ,* Rex meus,& Deus meus.

Q uoniam ad te orâbo: * Domine manè exaudies vocem meam.

M anè astâbo tibi,& vidêbo: * quoniam non Deus volens iniquitatem tu es.

N eque habitâbit iuxta te malignus:*neque permanébunt iniusti ante oculos tuos.

O disti omnes, qui operátur iniquitâtem: * perdes omnes,qui loquúntur mẽdacium.

Virum ſanguinum,& dolôſum abominábitur Dominus: * ego autem in multitúdine miſericordiæ tuæ.

Introîbo in domũ tuam: * adorâbo ad templum ſanctum tuum in timôre tuo.

Domine deduc me in iuſtitia tua: * propter inimicos meos dirige in cõſpéctu tuo viam meam.

Quoniam non eſt in ore eorum véritas: * cor eorũ vanum eſt.

Sepulchrũ patens eſt guttur eorum,linguis ſuis dolóſè agébant,* iúdica illos Deus.

Décidant à cogitationibus ſuis, ſecundùm multitudinem impietâtum eôrum expélle eos, * quoniã irritauérunt te Domine.

Et lætèntur omnes, qui ſperant in te,*in æternum exultábunt:& habitâbis in eis.

Et gloriabúntur in te omnes, qui díligunt nomen tuum,*quoniam tu benedíces iuſto.

Domine, vt ſcuto bonæ voluntâtis tuæ * coronaſti nos.

Pſalmus 8.

DOmine Dominus noſter,* quàm admirabile eſt nomen tuum in vniuerſa terra!

Quoniã eleuâta eſt magnificẽtia tua,* ſuper cęlos.

Ex ore infántium,& lactẽtium perfeciſti laudem propter inimicos tuos,* vt déſtruas inimîcum, & vltôrem.

Quoniam vidêbo cœlos tuos, opera digitôrum tuôrum;*lunam & ſtellas, quæ tu fundaſti.

Quid eſt homo,quòd memor es eius?*aut filius ho-

minis, quoniam vísitas eum?

M inuisti eum paulominùs ab Angelis, gloria & honore coronasti eum: * & constituisti eum super ópera manuum tuârum.

O mnia subiecisti sub pedibus eius, * oues & boues vniuersas, ínsuper & pécora campi.

V ólucres cœli, & pisces maris, * qui perámbulant sémitas maris.

D omine Dominus noster, * quàm admirabile est nomen tuum in vniuersa terra!

Aña. Pro fruménto ortus est mihi tríbulus, & pro hordeo Spina, alleluia. ℣. Gloria, & honore coronasti eum Domine, alleluia. ℟. Et constituisti eum super ópera manuum tuarum, alleluia.

Ex tractatu S. Athanasij de Passione Domini.

Lectio jv.

CVm exuerêtur Dominus, eo ipso inuisibiliter erigebâtur de diabolo trophæum: & quò illud manifestum fieret, narrâtur à Ioanne indûtus fuisse purpura; à Matthæo verò, & Marco, chlámyde coccínea, coronamque illi ex Spinis super caput esse positam, & cálamum in manu datū: & ita cùm eum produxissent, genibus flexis adorâsse. Miráculum nouum, & incredibile, & magnæ sine dubio victoriæ insigne. Quem enim vt hominem condemnauêrunt, eum mortuum deinde vt Deū adorauêrunt: & quem aspernabántur, vt vilem & contemptibilem, eum cōfitebātur regem. Qui tunicam & vestem detraxêrant,

rant, cum púrpura circumdedêrunt; & quem ignorantes contumélijs afficiêbant, eum Prophetam etiã nolentes appellauêrunt; & quem per ludíbrium, ſubſanationemque pulſabant, ei triumphalia addidêrunt ornamenta, coccineã chlamydem, & coronam Spineam, & cálamum. Nam tametſi ea quaſi per contumeliam agebant, efficiebâtur tamen inde, vt ab eo laténter ſpoliarentur. ℟. Corona áurea ſuper caput eius, * Expreſſa ſigno ſanctitatis, gloria honoris, & opus fortitúdinis, alleluia. ℣. Quoniam præueniſti eum in benedictionibus dulcédinis, poſuiſti in capite eius coronam de lápide pretioſo. * Expreſſa.

Sermo ſancti Ambroſij Epiſcopi.

Serm. 73. qui eſt primo de ſancto Cypriano.

Lectio V.

VIdeamus diligenter, ne ex palmite óperis noſtri non naſcâtur dulcédinis vua, ſed fellis; ne dicatur nobis, quòd Iudæis dictum eſt per Prophetam: ſuſtinui, vt fáceret vuam, fecit autem ſpinas; & non iuſtitiam, ſed clamôrem. Quàm dura cõditio, vt poſſeſſio, quæ Domino ſuauitatis fructus afférre débuit, ſpinarum illũ aſperitate cõpúnxerit. Hoc eſt, cùm Iudęi Saluatorem debúerint tota fidei deuotione ſuſcipere, ſpinarum eum coronauêrunt paſſione. Quæ Corona quidem, quãtum in Iudæis eſt, erat iniuriarum contumélia; quantum in Domino, erat corona virtutum. Compungunt ergo Iudæi Dominum dum coronant,

com-

compungunt dum crucifigunt. Vnde ait Scriptûra ſancta: Vidêbunt in quem compunxêrunt. ℟. Omnes amîci mei dereliquêrunt me, & præualuêrunt inſidiantes mihi; tradidit me, quem diligêbam, * Et terribilibus oculis plaga crudêli percutientes, ſubſannâbant mihi, alleluia. ℣. Inter iniquos proiecêrunt me, & non pepercêrunt animæ meæ. * Et terribilibus.

Lectio vj.

IGitur fratres, vidête, ne & nobis dicatur: Suſtinui, vt fáceret vuam, fecit autem ſpinas: hoc eſt, ne ſpinas, quas Domino Iudæi cruéntis impoſuerunt manibus, nos iniquis ſenſibus apponâmus: & compungâmus eum, non aſperitâte ſentium, ſed operum prauitâte. Sunt enim Spinę cordis, quæ verbum Dei etiam vulnerâre conſueuêrunt; de quibus meminit in Euangelio Saluator, dicens, ſeminantis ſemen cecidiſſe inter ſpinas, & creuiſſe eas, ac ſuffocaſſe quod ſatum eſt. Ergo fratres, vidête, ne vinea veſtra non vuas, ſed ſpinas faciat; ne vindémia veſtra non vinum afferat, ſed acêtum. Quiſquis enim vindêmiá legit, & paupéribus non largîtur, ille acêtú cólligit, non vinum. Quiſquis meſſes recóndit, & indigentibus non miniſtrat, iſte nõ alimóniæ fructus repóſuit, ſed tribulos auarítiæ congregâuit. Nam proptereà ait Scriprura de terra noſtra: Spinas, & tribulos germinâbit tibi. ℟. Vinea mea electa, ego te plantaui: Quómodo conuerſa eſt in amaritúdinem, vt me

me ſpinis coronares? alleluia. ℣. Sepiui te, & lápides elégi ex te, & ędificaui turrim. * Quómodo. *verſ.* Gloria Patri. * Quómodo.

In tertio Nocturno, Aña. Grauâta eſt ſuper me manus tua; conuerſus ſum in ærumna mea, dum configitur ſpina, alleluia.

Pſalmi. Cantâte j. Dominus regnauit exultet terra. Cantâte ij. vt ſuprà 21.

Aña. Grauata eſt ſuper me manus tua; conuerſus ſum in ærumna mea, dum configitur ſpina, alleluia. ℣. Eris corona gloriæ in manu Domini, alleluia. ℞. Et diadêma regni in manu Dei tui, alleluia.

Lectio ſancti Euangelij ſecundùm Ioannem.

Lectio vij. *Cap.*19.

IN illo tempore: Apprehendit Pilatus Ieſum, & flagellâuit. Et milites plectentes coronam de ſpinis, impoſuerunt cápiti eius. Et reliqua.

Homilîa ſancti Auguſtini Epiſcopi. *Tract.*116. *in Ioann.*

HOc Pilatus non ob aliud feciſſe credendus eſt, niſi vt eius iniurijs Iudæi ſatiati, ſufficere ſibi exiſtimarent, & vſque ad eius mortem ſæuîre deſiſterent. Adhoc pértinet, quòd idem Præſes cohortem ſuam etiam permiſit facere, quæ ſequuntur, aut fortaſſis & iuſſit, quamuis hoc Euangeliſta tacúerit: dixit enim quid deinde fecerint miletes, Pilatum tamen id iuſſiſſe non dixit. ℞. Chriſtus paſſus eſt pro nobis, vobis relinquens exemplum, vt ſequamini veſtigia eius: * Qui peccatum non fecit, nec inuentus eſt dolus in ore

ore eius, alleluia. ℣. Qui cùm maledicerêtur, non maledicêbat; cum paterêtur, non comminabâtur. * Qui peccatum.

Benedictio. Diuinum auxilium maneat semper nobiscum.

Lectio viij.

ET milites, inquit, plectentes Coronam de spinis, imposuerunt cápiti eius, & veste purpúrea circumdedêrunt eum, & veniebant ad eum, & dicebant: Aue Rex Iudæorum, & dabāt ei álapas. Sic implebantur, quæ de se prædixerat Christus: sic Martyres informabantur ad omnia, quæ persecutóri libuisset facere, perferenda; sic paulísper occultata tremenda potentia, commendabatur priùs imitanda patiētia; sic regnum, quod de hoc mundo non erat, superbum mundum non atrocitâte pugnandi, sed patiendi humilitate vincebat; sic illud granum multiplicandum seminabatur horribili cōtumelia, vt mirabili pullularet in gloria. ℟. Milites Præsidis suscipientes Iesum in prætorium, congregauêrunt ad eum vniuersam cohortem; & exuētes eum, chlamydem coccineam circūdederunt ei: * Et plectentes Coronam de spinis, posuerunt super caput eius, alleluia, alleluia. ℣. Genu flexo ante eum, illudêbant ei, dicentes: Aue Rex Iudæorum. * Et plectentes. ℣. Gloria Patri. * Et plectentes.

Lectio ix.

EXijt iterum Pilatus foras, & dicit eis: Ecce adduco eum foras, vt cognoscatis, quia in eo nullam

nullam cauſam inuenio. Exijt ergo Ieſus portans ſpineam coronam,& purpureum veſtimentum. Et dicit eis:Ecce homo.Hinc appâret,non ignorante Pilato hæc à militibus facta, ſiue iuſſerit ea,ſiue permiſerit,illa ſcilicet cauſa, quã ſuprà diximus,vt hæc eius ludibria inimici libentiſſimè biberent, & vlteriùs ſanguinem non ſitîrent. Egreditur ad eos Ieſus,portans ſpineam coronam, & purpureum veſtimentum, non clarus imperio, ſed plenus opprobrio, & dicitur eis:Ecce homo.Si Regi inuidêtis,iam párcite, quia deiectum vidêtis. Flagelatus eſt, ſpinis coronatus eſt, ludibrioſa veſte amictus eſt, álapis cæſus eſt: feruet ignominia,frigéſcat inuidia; ſed non frigéſcit, inardéſcit potius,& increſcit. Te Deum laudamus. 27.

Ad Laudes, & per Horas, Antiphona.

Milites Præſidis ſuſcipientes Ieſum in prætorium, congregauérunt ad eum vniuerſam cohortem,alleluia. Pſalm. Dominus regnauit, cum reliquis. 29. Aña. Et exuentes eum, chlamydem coccineam circumdedêrunt ei, alleluia. Aña. Et plecténtes coronam de ſpinis,poſuerunt ſuper caput eius, & arúndinem indextera eius, alleluia. Aña. Et genuflexo ante eum, illudébant ei, dicentes: Aue Rex Iudæorum, alleluia. Aña. Et expuéntes in eum,accepérunt arúndinem,& percutiêbant caput eius,alleluia.

Capitulum *Cant*.3.

EGredimini,& vidête filiæ Sion Regem Salo-

Salomonem in diadémate, quo coronauit illum mater sua, in die desponsationis illius, & in die lætitiæ cordis eius.

HYMNVS.

ÆTernæ regi gloriæ
Deuota laudũ cãtica
Fidêles soluant hódie
Pro corona Dominica:
Coronat Regem omniũ
Corona contuméliæ
Cuius nobis oppróbriũ
Coronã confert gloriæ.
De Spinarum acúleis
Christo corona pléctitur
Qua ministris tartáreis
Mundi potestas tóllitur.
Corona Christi cápitis
Sacro perfûso sanguine
Pœnis solútis débitis
Reos purgat à crimine.
Quæsumus Auctor omniũ
In hoc Paschali gaudio
Ab omni mortis impetu
Tuum defende pópulũ.
Deo Patri sit gloria,
Et Filio, qui à mortuis
Surrexit, ac Paráclito,
In sęculorũ sęcula, Amẽ.

℣. Dominus regnâuit, decôrem induit, alleluia. Induit Dominus fortitudinem, & præcinxit se virtute, alleluia.

Ad Benedictus, Aña.

Milites induũt Iesum purpura, & impônunt ei plectentes Spineam coronã. Et cępérunt salutâre eum: Aue Rex Iudæorum, alleluia.

Oratio.

PRęsta quęsumus omnipotens Deus, vt qui in memoriam Passionis Domini nostri Iesu Christi Coronam eius Spineam venerâmur in terris, ab ipso gloria, & honore coronari mereamur in cęlis. Qui tecum viuit, & regnat.

Ad Tertiam, Aña. Et exuẽtes,

tes, Capitulum, E gredimini. ℟. breue. Tuam coronam adoramus Domine, * Alleluia, alleluia. Tuam coronam. ℣. Tuũ glorioſum recólimus triũphum, alleluia, alleluia. Gloria Patri. Tuam coronam. ℣. Gloria, & honore coronaſti eum Domine, alleluia. ℟. Et conſtituiſti eum ſuper opera manuũ tuarum, alleluia.

Ad Sextam, Aña. Et plectentes.

Capitulum. *Apoc.6.*

VIdi & ecce equus albus, & qui ſedêbat ſuper illum habêbat arcum, & data eſt ei corona, & exíuit vincens, vt vínceret.

℟. breue. Gloria, & honore coronaſti eum Domine. * Alleluia, alleluia. Gloria, & honore. ℣. Et cõſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum, alleluia, alleluia. Gloria Patri. Gloria, & honore. ℣. Eris corona gloriæ in manu Domini, alleluia. ℟. Et Diadêma regni in manu Dei tui, alleluia.

Ad Nonam, Aña. Et expuentes.

Capitulum. *Iſai.28.*

IN illa die erit Dominus exercituũ corona gloriæ, & ſertum exultatiônis reſiduo populi ſui.

℟. breue. Eris corona gloriæ in manu Domini. Alleluia, alleluia. Eris corona. ℣. Et Diadêma regni in manu Dei tui. Alleluia, alleluia. Gloria Patri. Eris corona. ℣. Dominus regnauit decorem induit, alleluia. ℟. Induit Domiminus fortitudinem, & præcinxit ſe virtûte, alleluia.

In ſecundis Veſperis, Aña.

Mili-

Milites Prȩsidis, & reliquis de Laudib. Psalmus Dixit Dominus, cum alijs vt in festo SS. Nominis Iesu 1. & loco vlt. Psalm. Laudâte Dominum omnes gentes 45. Capitulum, Hymnus, & ℣. vt in primis Vesperis.

Ad Magnificat, Añ.

O Coronæ miranda dignitas, mortis pænas débitas repéllis. Tu spes lapsis, firmitas infirmis. Tu restáuras corônas pérditas, alleluia, alleluia, alleluia.

Deinde fit commemoratio sequentis.

DIE XV. MAIJ.

In Festo S. Isidori Agricolæ Confessoris, Duplex.

Si hoc Festum venerit in Dominicis 3. 4. vel 5. post Pascha, aut in Dominica infraoctaua Ascensionis, fit de S. Isidoro cũ 9. lect. de Homil. & com. in vtrisque Vesper. & Laudib.

Si occurrat in Fer. 2. Rogation. aut in Vigil. Ascensionis, fit 9. lect. de Homil. & com. in Laudib. de ea.

Si occurrat in die Ascensionis, aut in eius die octauo, aut à Vigilia Pentecostés, vsque ad Dominic. SS. Trinitatis, transfertur in primam diem non impeditam festo duplici, vel semiduplici secundum ordinem Rubricæ de Transl. Fest.

Si occurrat infraoct. Ascensionis fit de S. Isidoro, cum commem. octauæ.

Ad Vesperas, Añ. Domine quinque talenta, cũ reliquis de cõmun. Conf. non Pontif. cum alleluia.

Capitulum. *Iac. 5.*

ECce Agricola expectat pretiôsum fructum terræ patienter ferens, donec accipiat tem-

po-

poráneum, & ſerótinum. Patientes igitur ſtôte, & vos, & confirmâte corda veſtra.

Ad Magnificat, Aña.

Labôres manuum ſuarum, quia manducâbit, eſurientem implêuit bonis Dominus Deus noſter, allel.

Oratio.

DA nobis quæſumus miſéricors Deus, beato Iſidoro Agricola Confeſſore tuo intercedente ſuperbè non ſápere, ſed eius méritis, & exemplis plácita tibi ſemper humilitâte deſeruîre. Per Dominum noſtrum.

In primo Nocturno.

De Epiſtola beati Iacobi Apoſtoli.

Lectio j. *Cap.5.*

PAtientes igitur ſtôte, fratres, vſque ad Aduentum Domini. Ecce Agricola expéctat pretiôſum fructum terræ, patiēter ferens, donec accipiat temporáneum, & ſerótinum. Patientes igitur ſtôte, & vos, & confirmâte corda veſtra, quóniam aduentus Domini appropinquâuit. Nolîte ingemiſcere, fratres, inaltérutrum, vt non iudicémini. Ecce iudex ante ianuam aſſiſtit. Exemplum accipite, fratres, éxitus malis, láboris, & patientiæ.

℟. Euge ſerue bone, & fidêlis, quia in pauca fuiſti fidêlis, ſupra multa te conſtituam: * Intra in gaudiū Domini tui. ℣. Domine quinque talénta tradidiſti mihi, ecce ália quinque ſuper lucrâtus ſum. * Intra.

Lectio ij.

ECce beatificâmus eos, qui ſuſtinuérunt. Sufferéntiam Iob au-

diſtis, & finem Domini vidiſtis, quoniam miſericors Dominus eſt, & miſerator. Ante omnia autem, fratres, mei nolîte iurâre, neque per cœlum, neque per terram, neque aliud quodcúmque iuramentũ. Si autem ſermo veſter. Eſt, eſt. Non, non: vt non ſub iudicio incidâtis. Triſtâtur aliquis veſtrũ? oret. Æquo animo eſt? pſallat: infirmâtur quis in vobis? indúcat Presbyteros Eccleſiæ, & orent ſuper eum vngéntes eum oleo in nomine Domini, & oratio fidei ſaluâbit infirmum. ℟. Iuſtus germinâbit ſicut lilium.* Et florêbit in æternum ante Dominum. ℣. Plantâtus in domo Domini in atrijs domus Dei noſtri.* Et florêbit in æternum ante Dominum.

Lectio iij.

CONfitémini ergo altérutrum peccâta veſtra, & orâte proinuicé, vt ſaluémini: multũ enim valet deprecátio iuſti aſſidua. Elías erat ſimilis nobis paſſibilis, & oratione orâuit, vt non plúeret ſuper terram, & non pluit annos tres, & menſes ſex. Et rurſum orâuit, & cœlum dedit pluuiam, & terra dedit fructum ſuum. ℟. Iſte cognôuit iuſtitiam, & vidit mirabilia magna, & exorâuit Altiſſimum:* Et inuéntus eſt in numero ſanctorum. ℣. Iſte eſt qui contempſit vitam mundi, & peruênit ad cœleſtia regna.* Et inuéntus. Gloria Patri.* Et inuéntus.

In ſecundo Nocturno.

Lectio jv.

ISidorus Agricola Matritum Hiſpaniæ vrbem, in qua natus fúerat,

mer-

mercede coléndis agris condûctus breui, magnârum ſibi virtûtum eo in exercitio, vbérrimam ſégetem parâuit. Admirabilis enim Chriſti, ac Sanctorum imitâtor, nunquam ad opus manè ſe conferêbat, niſi priùs Dei regnum ſtudioſè quæreret. Eccleſiaſque in ipſius, ac Deíparæ honôrem dicâtas viſitâret. Quare cum illius moram agri dominus grauiter ferret, atque ex editiôre loco quadam die, vt eum libérius increpâret, Agricolam operirêtur, binos Angelos candida veſte, duplici boum iugo arátes, mediumque inter illos Iſidorum conſpêxit. Quo miraculo vulgato, magno deinceps honore, tàm apud herum, quàm apud cæteros homines habêri cæpit. ℟. Honeſtum fecit illum Dominus, & cuſtodîuit eum ab inimicis, & à ſeductóribus tutâuit illú: * Et dedit illi claritatem æternam. ℣. Iuſtum deduxit Dominus per vias rectas, & oſtendit illi regnum Dei. * Et dedit.

Lectio v.

CHaritate in páuperes ádeò flagrauit, vt mercem, quam laboribus parâbat egentibus erógaret. Quin etiam cum aliquando ad commune cú reliquis confrátribus prádium plurimos pauperes adduxiſſet, nihilque aliud, prandio ſcilicet finito, quã pulmenti partem ſibi reſeruâtam reperíſſet, illam vir Dei fide ſingulare fretus ita diſtribuit, vt admirabiliter aucta ijs omnibus alendis, ſaturándiſque ſufficeret. Illud etiam inter cætera mirandum, quòd

per æstiuos calôres, ad extinguēdam in agro ſitim, aquæ potum, hero flagitāte, cum nullìbi ſcatêret, Iſidorus, ſtimulo, quem gerêbat, humo percúſſa, vberem ex ea, & perennē ad hæc vſque tempora fontem elicuit. ℞. Amauit eum Dominus, & ornauit eum: ſtolam gloriæ induit eum, * Et ad portas paradiſi coronâuit eum. ℣. Induit eum Dominus lorícam fidei, & ornâuit eum. * Et ad portas.

Lectio vj.

IGitur ſanctitate clarus, cum ad vltimam ſenectûtem peruenîſſet, obdormîuit in Domino, & in cæmeterio ſancti Andreæ ſepûltus, tamdiù ibi iácuit, quoadciues de ipſius corpore honeſtiùs in Eccleſia collocando diuinitus móniti, illud in loco integrum, atque ádeò incorruptum inuenêrunt, vt ex eo ſuauiſſimus odor, qui hac etiam tempeſtate perdúrat, efflâret. Sanctum corpus in Eccleſiam tranſlatum, & in editiore loco ſitum, maximis Deus miráculis illuſtrâuit. Quorū beneficentiam nō ſemel, tàm ipſa Matriti ciuitas, quàm etiam cætera Hiſpániæ loca, ope ipſius implorata perſenſêrunt. Quē poſtrémo poſt annos ferè quadringentos, fama ſanctitatis, ac miráculis illuſtrem Gregorius decimuſquintus in Sanctorum número rétulit. ℞. Iſte homo perfêcit omnia quæ locûtus eſt ei Deus, & dixit ad eum: Ingrédere in requiem meam: * Quia te vidi iuſtum coram me ex omnibus gentibus. ℣. Iſte eſt qui contempſit vitam mun-

mundi, & peruênit ad cæleſtia regna. * Quia. Gloria Patri. * Quia.

In tertio Nocturno.

Lectio ſancti Euangelij ſecundùm Ioannem.

Lectio vij. *Cap.* 15.

IN illo tempore, dixit Ieſus diſcipulis ſuis: Ego ſum vitis vera, & Pater meus agricola eſt. Et reliqua.

Homilîa ſancti Gregorij Papæ. *Lib.* 7. *Reg. Epiſt.* 32.

PEr ſemetipſum veritas dicit, Pater meus agricola eſt, & omnem palmitem in me non ferentem fructũ tollet eum: & eum qui fert fructum, purgabit eum, vt fructum plus afferat. Palmes enim infructuôſus tollitur, quia peccâtor fúnditus eradicâtur, vt ad vberiôrem gratiam perducâtur. Sic enim ſpicarum grana tribulis attrîta ariſtis, & páleis mũdantur. Sic oliuæ prælo præſſæ in olei pinguedine defluunt. Sic botri vineârum preſſi cálcibus in vinum liquéſcunt. ℟. Iſte eſt qui ante Deum magnas virtutes operâtus eſt, & de omni corde ſuo laudâuit Dominum: * Ipſe intercédat pro peccatis omnium populorum. ℣. Ecce homo ſine queréla, verus Dei cultor, ábſtinens ſe ab omni opere malo, & pérmanens in innocentia ſua. * Ipſe intercedat.

Lectio viij.

Ex eodem tract. in ſeptem Pſalm. Pænit. ad 6. Pſal.

QVi manet in verbo, non fraudâtur à regno. Aliter nãque fructum fácere non poſſumus, niſi in eo manêmus. Ideòque ait: Manête

te in me, & ego in vobis. Vbi enim manendum nisi in ipso? Deficient domus, pálatia córruent, destruentur ciuitates, ab imis sedibus turres euellentur: verbum autem Domini manet in æternum. Maneâmus ergo in eo, qui manet in æternum. ℟ Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris: * Et vos similes hominibus expectántibus dominum suum, quando reuertâtur à nuptijs. ℣. Vigilâte ergo, quia nescîtis qua hora Dominus vester ventûrus sit. * Et vos similes. Gloria Patri. * Et vos.

Lectio jx.

NOn sequamur vanitatem, deseréntes veritatem, nec contristêmur, sicut cæteri, qui spem non habent. Sed sustineámus eum, & si moram fécerit, expectémus, ne contingat nobis, quod per Prophetam dicitur. Vę ijs, qui perdidêrunt substinétiam. Quicumque mundánæ adversitâtis fractus molestijs, diabolicę tentationis infestatione deiéctus, à spe cœlestium promissionum deciderit, substinentiæ, quàm prius habuerat mercedem amîttet: qui verò substinêbit, magnam reportâbit remuneratiônem. Te Deú laudamus.

Ad Laudes, & per Horas Aña. Domine quinque talenta.

Capitulum. *Iac.5.*

ECce Agricola expecta pretiosum fructum terræ, patienter ferens, donec accípiat temporáneum, & serótinum. Patientes igitur estôte, &

con-

confirmâte corda veſtra.

Ad Benedictus, Aña.

Exit, qui ſéminat ſeminâre, ſemen ſuum, & aliud cecidit in terram bonam, & ortum fecit fructum céntuplum, alleluia.

Oratio.

DA nobis quæſumus miſericors Deus, beato Iſidoro Agricola, confeſſore tuo intercedēte, ſupérbe non ſápere, ſed eius meritis, & exemplis plácita ſemper humilitâte deſeruîre. Per Dominum noſtrum.

Ad Tertiam, Aña. Euge ſerue bone. Capitulum. Ecce Agricola, vt ſupra.

Ad Sextam, Aña. Fidêlis ſeruus.

Capitulum. *Iac.5.*

ECce beatificâmus eos, qui ſuſtinuérūt. Sufferentiam Iob audiſtis, & finem Domini vidiſtis: quoniam miſericors Dominus eſt, & miſerâtor.

Ad Nonam, Aña. Serue bone.

Capitulum. *Iac.5.*

MVltum valet deprecatio iuſti aſſidua. Elias homo erat ſimilis nobis paſſibilis: & rurſum orâuit, & terra dedit fructum ſuum.

In ſecundis Veſperis omnia vt in primis.

Ad Magnificat, Aña.

Ecce homo agricola iſte fuit, quoniam Adam exēplum eius, ab adoleſcencia ſua, ad ſeruiendum Deo viuenti, alleluia.

Et fit commem. S. Vbaldi Epiſcopi, & Confeſſ.

DIE XXX. MAIJ.

In Feſto S. Ferdinandi Regis Caſtellæ, & Legionis Confeſſ. Duplex.

Si hoc Feſtum venerit in

die Aſcenſionis, aut in eius die octauo, aut à Vigilia Pent. vſque ad Dominicã SS. Trinitatis, vel in die Octaua Corporis Chriſti, transfertur in primã diem non impeditam feſto nouem Lectionum.

Si venerit in die Corporis Chriſti, transfertur poſt totam Octauam.

Si verò venerit infra octauam Aſcenſ. aut Corporis Chriſti, fit de S. Ferdinando cum commem. infra octauæ.

Omnia de communi Confeſſ. non Pontificis, exceptis illis, quæ hic aſſignantur.

Oratio.

DEus, qui Beato Cõfeſſori tuo Ferdinando præliâri prælia tua, & Fidei inimicos ſuperâre dedíſti; Concede, vt eius nos interceſſioni munîti, ab hóſtibus mentis, & corporis liberemur. Per Dominum noſtrum, &c.

Deinde fit commem. de S. Felice Pap. & mart.

Oratio.

INfirmitatem noſtram reſpice omnipotens Deus: & quia pondus propriæ actionis grauat, Beati Felicis martyris tui atque Pontificis interceſſio glorioſa nos protegat. Per Dominum noſtrum.

In primo Nocturno Lectiones: Iuſtus ſi morte, de communi.

In ſecundo Nocturno.

Lectio jv.

FErdinandus Tertius Caſtellæ, & Legionis Rex, qui Sancti Cognomentum iam inde à quatuor ſæculis Eccleſiarum, & ſæculorum conſenſus dedêre, tantum prudentiæ adoleſcens, adhuc ſpe-

ſpécimem præbuit, vt Berengaria mater Caſtellæ Regîna, à qua perſanctè educatus fúerat, abdicatú à ſe Regnum in filium tranſtulerit. In eo adiunctis Regni curis, Regiæ virtutes emicuêre, magnanímitas, clementia, iuſtitia, & præ cæteris Catholicæ Fidei zelus, eiuſque religioſi cultus tuendi, ac propagãdi ardens ſtudium. Id præſtitit in primis Hæréticos inſectando, quos núllibi Regnorum ſuorum conſiſtere paſſus, proprijs ipſe mánibus ligna comburẽdis damnátis ad rogum, aduehebat. Præſtitit inſuper in erigendis, dotandis, & conſecrandis Chriſtiano ritu Cordubenſi, Giennenſi, Hiſpalenſi, & aliârũ Vrbium Eccleſijs Maurico ereptârum iugo, ſimulque in inſtaurándis primarijs Templis, Toletano, Burgenſi, & alijs pia, & regia munificẽtia. ℟. Honeſtum fecit illum Dominus, & cuſtodîuit eum ab inimicis, & à ſeductóribus tutâuit illum: * Et dedit illi claritâtem æternam.

℣. Iuſtum dedûxit Dominus per vias rectas, & oſtendit illi regnum Dei. * Et dedit.

Lectio v.

INter hæc, per Caſtellę, & Legionis Regnum, in quo Patri Alfonſo ſucceſſerat, collectis magnis exercítibus, annuas expeditiones contra Sarracenos, Chriſtiani nominis hoſtes ſuſcêpit. In queis, vt ſemper vínceret, præcipuè exercitus fûere preces pijſſimi Regis ad Deum fuſę, & quod ante pugnam, vt ſibi Deum propitiâret, flagris in ſe ſæviêbat, atque aſ-

aspero cilicio muniêbat corpus: Sic, & insignes, cōtra ingentes Maurôrum ácies, victorias reportauit, & plures Vrbes Christiano cúltui, imperioque restituit, & conquisitis Giennij, Cordubæ, & Murtiæ Regnis, ac Granatensi vectigali facto, ad expugnándam Hispalim primariam Bœticæ Vrbem hortante in visione (vt traditum est) Beato Isidoro, olim illius Vrbis Episcopo, victrícia signa tránstulit. In ea obsidione (vt fertur) præsentẽ diuinam opem habuit: nã férream caténam, quæ super Bœtim transúersim extensa, Mahometanis pro repágulo erat coorto validiori vento, vna ex Nauibus Regijs Regis iussu eo delâta, tanto impetu frégit, vt longius præteruecta, Pontem quoque ligneum, & simul spes Maurôrum obrrúperit, & ad deditionem coëgerit.

℟. Amauit eum Dominus, & ornauit eum: stolá gloriæ induit eum. Et ad portas paradisi coronâuit eum. ℣. Induit eum Dominus lorîcam fidei, & ornâuit eum. * Et ad portas.

Lectio vj.

TOt victorias Beatæ Virginis Mariæ patrocinio férebat acceptas, cuius imaginem secum in Castris habens peculiâri cultu prosequebatur. Capta Hispali, prima Religionis cura fuit, nam Templum Maurorum expiatũ, & Christianorum dedicâtum sacris, insigni Archiepiscopâtu, & honestissimo Canonicôrũ, & Dignitâtum Collegio, Regia, & religiosa liberalitâte exor-

exornauit. Alia deinde in Vrbe Templa, & Cœnobia erexit, inter quæ pietatis officia, dum traijcere in Africam parat, Mahometânum in ea Imperium euerſûrus, ad Cœleſtem Regiam vocâtur. In extremò vitæ agône Sacram Euchariſtiam pro Viatico allatam, fune ad collum alligâto, & humi ſtratus cum lacrymis, vbertim fuſis, adórans, eaque dignis reuerentiæ, humilitâtis, & Catholicæ Fidei obteſtationibus accêpta, obdormîuit in Domino. Iacet eius corpus incorruptum adhuc poſt quatuor ſæcula in Templo máximo Hiſpalenſi, honorificentiſſimo incluſum Sepulchro. ℟. Iſte homo perfecit omnia quæ locûtus eſt ei Deus, & dixit adeũ: Ingrédere in requiẽ meã: * Quia te vidi iuſtum coram me ex omnibus Gentibus. ℣. Iſte eſt qui contempſit vitam mundi, & peruênit ad cœleſtia regna. * Quia te. Gloria Patri. * Quia te.

In tertio Nocturno Homilia ſuper Euangelium: Nolîte timere puſillus grex. 9. lect. & commem. S. Felicis Papæ, & mart.

DIE VIJ. IVNIJ.

In Feſto SS. Petri, Wiſtremundi, & Walabonſi martyrum huius Diœceſ. Duplex maius. Omnia de communi mart. intra, vel extra tempus Paſchale.

Oratio.

DEus, qui nos ánnua ſanctorum martyrum tuorum Petri, & ſociorum eius, ſolemnitate lætificas: concêde propitius; vt quorum gaudêmus me-

meritis, accendâmur exẽplis. Per Dominum.

Lectiones 1. Nocturni: Fratres, debitores ſumus. In 2. Nocturno: Nemo eſt qui néſciat, vel ſi celebretur tempore Paſchali: Quibus ergo vos laudibus, de ſecundò communi, Homilia ſuper Euangelium, Deſcendens Ieſus de mõte, vel ſi celebretur tempore Paſchali: Ego ſum vitis, vos palmites.

DIE X. IVNIJ.

In Feſto SS. Criſpuli, & Reſtituti martyrum huius Diœceſ. Duplex maius. Omnia de cõmuni mart. intra vel extra tempus Paſchale.

Oratio.

DEus, qui nos concedis ſanctorũ martyrum tuorum Criſpuli, & Reſtituti natalitia colere: da nobis in æterna beatitudine de eôrum ſocietate gaudêre. Per Dñum.

Lectiones vt ſupra in Feſto SS. Petri, & ſociorum.

DIE XX. IVNIJ.

In Feſto S. Florentinæ virginis Hiſpal. Duplex 2. claſſis. Omnia de cõmuni virginum tantum.

Oratio.

EXaudi nos Deus ſalutâris noſter: vt ſicut de beatæ Florentinæ virginis tuæ feſtiuitâte gaudêmus; ita piæ deuotionis erudiâmur affectu. Per Dominum.

Et non fit commem. S. Silueſtrij Papæ, & mart. in Veſperis.

Lectiones 1. Nocturni: De virginibus. ℞. 1. Veni electa mea. In 2. Nocturno: Nunc nobis. Homilia ſuper Euangelium: Simile eſt Regnum Cœlorum de-

decem virginibus. 9.lect. & commemor. S. Siluerij Pap.& mart.

Die jv. Ivlij.

In Feſto S. Laureani Archiepiic. Hiſpal. & mart. Duplex 2. claſſis. Omnia vt in cōmuni vnius mart. præter hæc quæ ſequuntur.

Oratio.

INfirmitâtem noſtram réſpice omnipotens Deus;& quia pondus propriæ actionis grauat,beati Laureani martyris tui atque Pontificis interceſſio glorioſa nos prótegat. Per Dominum noſtrum.

Et non fit commemor. Octauæ SS. Apoſtolorum.

Lectiones primi Nocturni: A Mileto Paulus, de communi.

In ſecundo Nocturno.

Lectio jv.

Ex Breuiarijs Hiſpaniæ.

LAureanus nobili genere in Pannónia ortus, parentibus infidélibus relictis,in Mediolanēſem Eccleſiam ſe recêpit. In qua à púero ſanctè in religione educâtus, & in ſacris diſciplînis erudîtus, probatæ vitæ teſtimonio in clerum adſcriptus eſt. Et per álios Eccleſiaſtici miniſterij gradus, cum iá vigintiquinque annos natus eſſet ad ſacrum Diacónij munus magna cum laude peruênit. Quo tempore octâuus in Italia Rex Totîla, & immàni crudelitate præditus, & Ariâna peſte inféctus Catholicam Eccleſiam infectâbat. In cuius perfidiam, ſeuitiamquè cùm vir ſanctus ardétiſſimo religionis ſtudio inflammatus,cum frequētibus ſermonibus inueherêtur,

rêtur, irreconciliabilẽ Regis indignationem in se concitâuit. Cuius feritátẽ, & insidias, vt euitâret, Italia excedere coáctus est, seque ad remôtas regiones conférre.

℟ Honéstum fecit illum Dominus, & custodiuit eum ab inimicis; & à seductoribus tutauit illum: * Et dedit illi claritâtẽ ætérnam. ℣. Descenditque cũ illo in fóueam: & in vinculis non derelîquit eum. * Et dedit.

Lectio v.

CVm ergo in Hispániam apulíßet, Hispalim venit, cuius Ecclesiã Maximus Episcopus tunc regêbat. Qui exúlem Laureanum iam sanctitatis, & doctrinæ fama notißimũ benignè exceptum ad suæ Ecclesiæ ministeria admisit. In quibus tanta cum morum probitate, & disciplinæ præstantia se gessit, vt cleri, populiquè iudicio dignus censerêtur, qui Maximo vita functo succéderet. Factus ergo Pontifex, omniũ opinioni non solùm respondit, sed eam longè superâuit, nihil rerum, quæ ad sanctum pastorẽ pertinérent, omittens. Erat autem, & Hispania tunc temporis sub Arianôrum tyránnide, qui miris modis Catholicam fidem in sectabantur. Horum perfidiam cum aßiduis per septem decim annos cohortationibus, & disputationibus ad veritâtis viam addúcere non potuißet, sed pro eo pietatis officio potiùs malam ab eis gratiam reportáßet, extrêma sibi comminãtibus, vt scilicet Totîlæ id optãti gratificarentur, diuino mo-

monitu ab eis recéſſit Maſiliam, & conſcénſa naui, primum Romam magnis óbiter miráculis éditis, petíuit. Inde in Gállias ad ſanctiMartini ſepulchrum eo tempore miráculis clarum contendit.

℟. Deſiderium animæ eius tribuiſti ei Domine, * Et voluntate labiorum eius non fraudaſti eum. ℣. Quoniam præueniſti eum in benedictionibus dulcédinis: poſuiſti in cápite eius coronam de lápide prætioſo. * Et voluntate.

Lectio vj.

NVntiâtum eſt autem Tótilæ virum ſanctum in Italiam veniſſe, indequè Turônum religionis cauſa ſeceſſiſſe. Miſit ergo per diuerſa itinerum compéndia ſuos apparitôres, qui eum quærerent, & interficerent. Ad fuit autem Angelus Domini, qui de Regis nefárijs machinationibus Laureanum certiorem faciens ad capeſſendum martyrum confirmaret. Cùm itaque à ſancti Martini ſepulchro complêta oratione redîret, in Regis ſicários incidit, qui è veſtigio virum innocentiſſimum, amputâto cápite, occidêrunt. Corpus eius beatus Euſebius Epiſcopus Arelatenſis in Eccleſia Bituricenſi honorificè ſepelìuit. Caput verò Hiſpalim cùm allâtum eſſet, ciuitas quæ iam multos annos peſte, & fame vexabatur, ſancti præſulis meritis à Domino príſtinæ ſalûti, & vbertâti reſtitúta eſt.

℟. Stola iucunditatis induit eum Dominus: Et coronam pulchritudinis poſuit ſuper caput eius.

Ci-

Cibâuit illum Dominus panæ vitæ, & intelléctus: & aqua ſapientiæ ſalutâris potauit illum. * Et coronam. Gloria Patri. * Et coronam.

In tertio Nocturno.

Lectio ſancti Euangelij ſecundùm Matthæum.

Lectio vij. *Cap.*24.

IN illo tempore: Dixit Ieſus diſcipulis ſuis: Vigilate, quia neſcîtis qua horaDominus veſter venturus ſit. Et reliqua.

Homilía ſancti Hilarij Epiſcopi.

*Comment. in Math. can.*16. *in fine.*

VT ignorantiam illã diei omnibus tácitì, non ſine vtilis ſilentij ratione eſſe ſcirêmus, vigilâre nos Dominus propter aduentum furis admónuit, & orationum aſſiduitâte detentos, omnibus præceptôrum ſuorũ opéribus in hærêre. Furẽ enim eſſe oſtendit zábulum, ad detrahenda ex nobis ſpólia peruígilem, & córporum noſtrorum domibus inſidiantem: vt ea incurioſis nobis, & ſomno déditis cõſiliorum ſuorum atque illecebrârum iaculis perfódiat. Parátis igitur eſſe nos cónuenit: quia diei ignoratio intentam ſolicitúdinem ſuſpenſæ expectationis exágitet.

℟. Corona áurea ſuper caput eius, * Expreſſa ſigno ſanctitatis, gloria honoris, & opus fortitudinis.

℣. Quoniam præueniſti eum in benedictionibus dulcedinis, poſuiſti in capite eius coronã de lápide pretioſo. * Expreſſa.

Lectio viij. *Can.*27.

QVisnam eſt fidêlis ſeruus, & prudens, quem

quem constituit Dominus super familiam suam? Quamquam in commûne nos ad indefessam vigilantiæ curam adhortêtur: specialem tamen pópuli principibus, idest Episcopis, in expectatiône aduẽtuque suo solicitudinem mandat. Hunc enim servum fidêlem atque prudentem, præpositum familiæ significat, cómmoda atque vtilitates commissi sibi pópuli curantẽ. Qui si dicto audiens, & præceptis obediens erit, id est, si doctrinæ opportunitâte, & veritâte infirma confirmet, disrúpta consolidet, deprauâta conuértat, & verbum vitæ in æternitatis cibum aléndæ familiæ dispendat, atque hæc agens, hisque ímmorans deprehendâtur, gloriam à Domino tamquã dispensâtor fidêlis, & villicus vtilis consequêtur, & super omnia bona constituêtur, id est, in Dei gloria collocabitur, quia nihil sit vltrà, quod melius sit.

℟. Hic est verè martyr, qui pro Christi nomine sanguinem suum fudit: * Qui minas iudicum non timuit, nec terrenæ dignitatis gloriam quæsiuit, sed ad cœlestia regna peruenit. ℣. Iustũ deduxit Dominus per vias rectas, & ostendit illi regnum Dei. * Qui minas. Gloria Patri. * Qui minas.

Lectio jx.

QVod si contuens lõgam Dei patientiam, quæ in profectum humanæ salûtis extenditur, aduersus conseruos insolescet, & sæculi malis vitijsque se tradet, præsentium tantum curã

incultu ventris exércens; desparâta die Dominus adueniet, eumque à bonis, quæ spopónderat, díuidet, portionemque eius cum hypócritis in pœnæ æternitâte constituet: quia aduentum desperáuerit, quia mandatis non obtemperauerit, quia præsentibus studuerit, quia vita Gentiũ vixerit, quia desperatiône iudicij commissam sibi familiam fame, siti, cæde vexáuerit. Te Deum laudamus. 27.

DIE XVIj. IVLIj.

In Festo SS Iustæ, & Ruffinæ sororum Virginum, & Martyrum Hispal. Duplex 2. clasis.

Officium vt in communi Virginum, illis exceptis quæ hic assignantur.

Ad Vesperas Aña. Hæc est virgo sapiens, cum reliquis de Laudibus, Psalmi vt infra in Festo SS. Nominis B. Mariæ. 155.

Capitulum.

FRatres, qui gloriatur in Domino glorietur. Non enim qui se ipsum comméndat, ille probatus est; sed quem Deus commendat.

HYMNVS.

SAluête claræ virgines,
Tutêla præsens pátriæ
Virtûtis, & constantiæ
Exemplar admirábile.
Nõ vos chalybs rigẽtibus
Dũ nectit arctus ánnulis,
Nec láminis candẽtibus
Castâta terret ignea.
Nec confragôsa rúpium
Calcâta nudis plántulis
Fregêre vos dispéndia,
Sed hinc fides fit ácrior.
Deinde victo sæculo,
Cœli sub istis átria
Ruffina fuso sánguine,
Et Iusta digna nómine.
Rosisque purpurántibus
Con-

Confeſſiônis inclytæ
Intexuíſtis cándida
Integritâtis lilia.
Ergo triúmphi nóbilis
Sacris reuínctæ láureis,
Palmas refértis dúplices,
Agnũ ſequentes præuiũ.
Te, Dux, coróna Martyrũ
Cũ Patre, Chriſti, & Spiri
In Trinitate ſimplici (tu
Æterna laudent ſæcula,
Amèn.

℣. Adducentur Regi virgines poſt eam. ℞. Proximæ eius afferéntur tibi.

Ad Magnificat in vtrúque Veſperis Aña.

Prudentes virgines aptâte veſtras lámpades, ecce ſponſus venit, exîte obuiã ei.

Oratio.

Deus, qui virtutem tuam invaſis fictilibus (etiam frágilis ſexus) recóndens: ſanctis virginibus, & martyribus tuis Iuſtæ, & Ruffinæ mirábilem fidei conſtantiam tribuiſti: da nobis eârum patrocinijs, in tui amôre perſeuerare, & ad cœleſtem coronam peruenîre. Per Dominum.

Deinde fit comm. Feſti præced. Aña. O Crux benedicta, quæ ſola fuiſti digna portâre Regem cœlorum, & Dominum.

℣. Adoramus te Chriſte, & benedicimus tibi. ℞. Quia per Crucem tuam redemiſti mundum.

Oratio.

Deus, qui per Crucẽ tuam populo interedenti triumphum contra inimícos concédere voluiſti; quæſumus, vt tua pietate, adorantibus Crucem, victoriam ſemper tribuas, & honorem. Qui viuis, & regnas cum Deo Patre.

Ad Matut. Inuitatorium.

R egem virginum Dominum. * V enite adorêmus. Psalm. Venite. 7.

HYMNVS.

QVid sæue tortor úngulis,
Iudexque fractis, virginũ
Plusquam virîlis índolis
Mirâris indolentiam?
V irtûtis hoc Altissimæ
Agnosce munus, pérfide
Firmissimam constantiã
Qui débili dat sexui.
S æuîte in actus fictiles,
Mercesq; eârum tésteas,
Sed nõ potéstis cónditas
In his faces extinguere.
Q uas ardor almi luminis
Accendit, & dulcissimus
Sponsus cadẽtes excipit
Christus brauîũ martyrũ.
E t nũn præcantur sédulè
Pro gente Patrẽ, & Filiũ,
Et Spiritum Paraclitum,
Qui regnat omne in sæculum, Amèn.

In primo Nocturno Lectiones De virginibus præceptum, vt in communi.

In secundo Nocturno.

Lectio jv. *Ex S. Isidoro, & Breuiar. Hisp.*

IVsta, & Ruffina sorôres, Hispalenses virgines castissimæ, facultatibus pauperes, sed virtutibus locuplêtes, cum Diocletianus in Christiânos sæuîret, fictilium mercimonio sese alébant, & tenuitâte egênos sustentabant. Religiose itaque, & in magna concordia domus suæ curam gerentes vitam inculpátam transigebant. Accidit autem statûto quodam die Hispali Adónia celebrari. In quo festo mulierculæ quædam cum sólitis eiulátibus, & clamoribus Salambône simulachrum (sic Vénerem Syri

Syri vocant)in pompa circumferebant, & abomnibus passim in eius dæmonis cultum aliquid erogâri efflagitabant. Qui cùm obiter à sanctis sororibus stipem portulârent, nec quicquam extorquêrent, vna exeis quę Idôlum baiulâbant, omnes fictilium merces indignabunda cõfregit. Sed sanctæ virgines non friuolæ rei detrimento commôte, sed religionis zelo succensæ, nefariũ simulacrum à se deiecêrũt, quod terræ illîsum, & cõminûtum, fictile etiam se se probauit. ℟. Propter veritatem,& mansuetudinem,& iustitiam: * Et dedûcet te mirabiliter dextera tua. ℣. Specie tua, & pulchritudine tua intende, prosperè procêde, & regna. * Et dedûcet.

Lectio v.

RE autem ad Diogenianum Prouincię Præsidem delâta,quasi impietatis reas capi, & ad se adduci iubet. Quæ cùm coram eo consisterent, de religione interrogatæ, sed Christi famulas, & pro eius nomine mori parâtas esse, intrepidè respondêrunt. Admouentur ergo varia, & horribilia cruciatus instrumenta, ac virgines hilares, & Christum invocantes, equuleo suspensæ ferreis vngulis exarantur. Sed cum in fidei confessione constantes, fessis etiam tortoribus,per sisterent, eas in carcerem tradi, & inde aliquot post dies extrahi iubentur:vt se longo itinere in loca ad montes Marianos sita(quò sibi iurisdicendi causa eũdum erat) sequerentur. Existimans eius itineris

difficultate, earum constátiam vinci posse. Sed diuina virtute imbecílli sexui vires suggerente rupium, & montium prærupta, & aspera nudis pédibus magni animôrum alacritâte superarunt, & incólumi fide Hispalim redierunt: vbícum sæuissimis iterùm cruciatibus eârum fides frustrà tentata est. Quorũ immanitate, & diuturno cárceris situ, & fame, iusta enécta Deo spiritum reddens ad duplicem coronã euolauit. ℟. Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem: * Propterea vnxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ. ℣. Propter veritatẽ, & mansuetudinem, & iustitiam. * Propterea.

Lectio vj

RVffina verò ad alia certámina sanctissimæ sorori superstes, prætsidis iussu, in arênam producta (vt sanctus Isidorus refert) ferocissimo leoni obiecta est. Qui, quasi virtutem cœlestem agnosceret, illæsam eam, & intactá relíquit. Reducta ergo in carcerem, fractis à lictôre ceruicibus, gloriosum martyrium in vinculis consumauit. Cuius corpus à carnificibus in eamdem arênam tractum combustũ est. Ossa autem à Sabino Hispalensi Episcopo collecta, & in suburbâno cæmetério honorificè sepulta sunt cum sorôris Iustæ corpore, quod è profundo puteo, inquem iussu Diogeniani pręcipitâtum fúerat, idem sanctus Episcopus extrâxit. ℟. Afferentur Regi virgines post eam, proximæ eius, * Afferentur tibi in lætitia, & exultatione. ℣. Specie tua, & pul-

pulchritudine tua intende, prospere procêde, & regna. * Afferentur. Gloria Patri. * Afferentur.

In tertio Nocturno Homilia super Euangelium: Simile erit regnum cœlorum decem virginibus.

Ad Laudes, & per horas, Aña. Hæc est virgo sapiens, & vna de numero prudentum. Psalm. Dominus regnauit, cum reliquis. 29. Aña. Hæc est virgo sapiens, quam Dominus vigilantem invenit. Aña. Hæc est quæ nesciuit torum in delicto: habêbit fructum in respectione animârum sanctârum. Aña. Veni electa mea, & ponam in te thronum meum, alleluia. Aña. Ista est speciosa inter filias Ierusalem.

Capitulum. 2.*Cor*.10.*d*.

Fratres, qui gloriatur in Domino glorietur. Non enim qui seipsum commendat, ille probatus est; sed quem Deus commendat.

HYMNVS.

ADeste sacrę virgines
Quas cura fecit peruigil,
Spõso vocãte ad nuptias,
Claras reférre lámpades.

Iam nigra noctis orbita
Ad manè clarũ vertitur,
Uicant timôres turbidos
Æterna lucis gaudia.

Apérta vobis iánua
Spõsum vocat, succédite,
Sparsasq; nostris fletibus
Offerte palmas nóbiles.

Offerte fusum sanguinem
Christo immolâtæ victîmæ,
Quo martyres sanctissimæ
Vestrã beâtis Hispalim.

Vt ipse nostræ Ecclesiæ
Preces begninus audiat,

Et donet indulgentiam
vestris rogatus ciuibus.
Virtus, honor, laus, gloria
Deo Patri, cum Filio,
Et Spiritu Paraclito
In sæculorum sæcula,
Amèn.

℣. Ad ducentur Regi virgines post eam. ℟. Proximæ eius afferentur tibi.

Ad Benedictus, Aña

Prudentes virgines, aptâte vestras lámpades: ecce spōsus venit, exite obuiam ei.

Oratio.

Deus, qui virtutem tuam invasis fictilibus (etiam fragilis sexus) recondens: sanctis virginibus, & martyribus tuis Iustæ, & Ruffinæ mirabilem fidei constantiam tribuisti: da nobis earum patrocinijs, intui amore perseuerare, & ad cœlestem coronam peruenîre. Per Dominum.

DIE XIX. IVLIJ.

In Festo S. Aureæ virginis, & mart. Hispal. duplex 2. clas. de communi virginum, & mart.

Oratio.

Deus, qui inter cétera potentiæ tuæ miracula étiam in sexu fragili victoriam martyrij contulisti: concede propitius, vt qui beatæ Aureæ virginis, & martyris tuæ natilitiæ cólimus, per eius ad te exempla gradiamur. Per Dominum.

In primo Nocturno Lectiones: Confitebor tibi Domine Rex. In 2. Nocturno: Nunc nobis. Homilia super Euangelium: Thesauro abscondito.

DIE XXX. IVLIJ.

In Festo S. Theodomiri martyris huius Diœces. Duplex maius, omnia de communi vnius mart.

Ora-

Oratio.

PRæsta quęsumus omnipotens Deus: vt intercedente beato Theodomiro martyre tuo, & à cunctis aduersitatibus liberemur in corpore, & à prauis cogitationibus mũdemur in mente. Per Dominum.

In primo Nocturno Lectiones: Fratres, debitores sumus, de cōm. plur. mart. In 2. Nocturno: Principes persecûti sunt. Homilia super Euangelium: Siquis vult post me venire. Lectio 9. SS. Abdon, & Sennem mart. comme. octauæ S. Iacobi, & SS. mart.

DIE XXV. AVGVSTI.

In Festo S. Geruntij Episcopi, & mart. huius Diœcesi. Duplex maius. Omnia de communi vnius mart. Pontif. Festum S. Ludouici Regis transfertur.

Oratio.

DEus, qui nos beati Geruntij martyris tui atque Pontificis annua solemnitate lætificas, concede propitius; vt cuius natalitia colimus, de eiusdem etiam protectiône gaudeàmus. Per Dominũ.

In primo Nocturno Lectiones: A Mileto Paulo. In 2. Nocturno: Triumphalis. Homilia super Euangelium: Siquis venit ad me. ℟. 8. Domine præuenisti.

DIE IV. SEPTEMBRIS.

In Festo SS. Theodori, Iuliani, & Amiani mart. huius Diœcesi. Duplex maius. Omnia de communi plurim. mart.

Oratio.

DEus, qui nos annua sanctorum marty-

rum

rum tuorum Theodori,& sociorum eius solemnitate lætificas:concede propitius; vt quorum gaudêmus meritis,accēdamur exemplis.Per Dominum.

In primo Nocturno Lectiones : Fratres,debitores sumus. In 2. Nocturno: Nemo est qui nesciat. Homilia super Euangelium. Descendens Iesus de monte.

DIE V. SEPTEMBRIS.

In Festo S. Romuli martyris huius Diœces.Duplex maius. Omnia de communi vnius mart.

Oratio.

PRæsta quęsumus omnipotens Deus : vt qui beati Romuli martyris tui natalitia cólimus, intercessione eius in tui nominis amore roborêmur.Per Dominum.

In primo Nocturno Lectiones: Fratres, debitôres sumus, de cóm plur. mar In 2. Noct. Triumphalis. Homilia super Euangeliu Siquis venit ad me.

DIE jX.SEPTEMBRIS.

In Festo SS. Stratonis, Ruffini,& Ruffiniani martyrum, huius Diœces.Duplex maius. Omnia de communi plurim. mart.

Oratio.

DEus,qui nos concedis sanctorū martyrum tuorum Stratonis, & sociorum eius nat alitia cólere: da nobis in æterna beatitudine de eorum societate gaudêre. Per Dominum.

In primo Nocturno Lectiones: Fratres, debitores sumus. In 2. Noct. Quotiescumque. Homilia super Euang. Cum audieritis prælia. Lectio 9.S.Gorgonij mart. comme. octa-

uæ

uæ Natiuitatis B.Mariæ,& S.Gorgonij.

DIE XVIJ.SEPTEMBRIS.

In Festo SS. Nominis B. Mariæ Virginis.Duplex 2. clas.

Ad Vesperas,Aña.

MIssus est Angelus Gabriel ad Virginem desponsatam Ioseph; & nomen Virginis Maria.

Psalmus 109.

DIxit Dominus Domino meo:* Sede à dextris meis.

D onec ponam inimícos tuos,* scabéllum pedum tuorum.

V irgam virtutis tuæ emittetDominus ex Sion:*domináre in medio inimicôrum tuôrum.

T ecum principium in die virtûtis tuæ in splendoribus sanctorum:* ex útero ante lucíferum génui te.

I urâuit Domius, & non pœnitêbit eum:* Tu es sacérdos in æternum secūdum ordinem Melchisedech.

D ominus à dextris tuis,* confrêgit in die iræ suæ reges.

I udicâbit in nationibus, implêbit ruínas:* cōquassâbit cápita in terra multôrum.

D e torrénte in via bibet:* proptéreà exaltâbit caput.

Aña. Missus est Angelus Gabriel ad Virginem desponsatam Ioseph; & nomen Virginis Maria.

Aña. A solis ortu vsque ad occâsum laudábile nomen Domini, & Mariæ matris eius.

Psalmus 112.

LAudâte púeri Dominum:* laudâte nomen Domini.

S it nomen Domini bene di-

dictum, * ex hoc nunc, & vſque in ſæculum.

A ſolis ortu vſque ad occâſum, * laudábile nomen Domini.

Excelſus ſuper omnes gentes Dominus, * & ſuper cœlos gloria eius.

Quis ſicut Dominus Deus noſter, qui in altis habitat, * & humília reſpicit in cœlo, & in terra?

Súſcitans à terra inopem, * & de ſtercore érigens páuperem:

Vt cóllocet eum cum princípibus, * cum princípibus populi ſui.

Qui habitâre facit ſtérilẽ in domo, * matrem filiôrum lætantem.

Aña. A ſolis ortu vſque ad occâſum laudabile nomen Domini, & Mariæ matris eius.

Aña. Aue Maria, gratia plena: Dominus tecum: Benedicta tu in mulieribus.

Pſalmus 121.

LÆtatus ſum in his, quæ dicta ſunt mihi: * in domum Domini íbimus.

Stantes erant pedes noſtri, * in atrijs tuis Ierúſalẽ.

Ierúſalem, quæ ædificatur vt ciuitas: * cuius participatio eius in idipſum.

Illuc enim aſcendérunt tribus, tribus Domini: * teſtimonium Iſraël ad cõfitendum nomini Domini.

Quia illic ſedérunt ſedes in iudicio, * ſedes ſuper domum Dauid.

Rogâte quæ ad pacem ſunt Ieruſalem: * & abundantia diligentibus te:

Fiat pax in virtûte tua: * & abundantia in turribus tuis.

Propter fratres meos, & pro-

proximos meos, * loquê-
bar pacem de te:
P ropter domum Domi-
ni Dei noſtri, * quæſiui
bona tibi.

Aña. Aue Maria gratia plena: Dominus tecum: Benedicta tu in mulieribus.

Aña. Permáneat, & magnificêtur nomen tuum vſque in ſempiternum, ò Maria.

Pſalmus 126.

N Iſi Dominus ædificáuerit domum, * in vanum lauorauêrunt, qui ædificant eam.
N iſi Dominus cuſtodierit ciuitatem, * fruſtrà vigilat, qui cuſtôdit eam.
V anum eſt vobis ante lucem ſúrgere: * ſúrgite poſt quam ſedéritis, qui manducâtis panem dolôris.
C ùm déderit dilectis ſuis ſomnum: * ecce heréditas Domini filij; merces, fructus ventris.
S icut ſagittę in manu potentis: * ita filij excuſſôrum.
B eâtus vir qui implêuit deſidérium ſuum exipſis: * non confundêtur cùm loquêtur inimicis ſuis in porta.

Aña. Permáneat, & magnificêtur nomẽ tuũ vſque in ſempiternum, ò Maria.

Aña. Lauda Ierúſalem Dominum, lauda inclytũ nomen Mariæ.

Pſalmus 147.

L Auda Ierúſalem Dominum: * lauda Deũ tuum Sion.
Q uoniam confortauit ſeras portârum tuârum: * benedixit filijs tuis in te.
Q ui póſuit fines tuos pacem: * & ádipe frumenti ſátiat te.
Q ui emittit elóquiũ ſuum ter-

terræ: * velóciter currit ſermo eius.

Qui dat niuem ſicut lanã: * nébulam ſicut cínerem ſpargit.

Mittit cryſtállum ſuam ſicut buccéllas: * ante faciẽ frígoris eius qui ſuſtinebit?

Emittet verbum ſuum, & liquefàciet ea: * flabit ſpiritus eius, & fluent aquæ.

Qui annuntiat verbum ſuum Iacob: * iuſtitias, & iudicia ſua Iſraël.

Non fecit táliter omni nationi: * & iudicia ſua nõ manifeſtauit eis.

Añ. Lauda Ierúſalem Dominum, lauda inclytũ nomen Mariæ.

Capitulum. *Iudith.13.c.*

BEnedicta es tu filia à Domino Deo excelſo prę omnibus mulieribus ſuper terram: quia hodie nomen tuum ita magnificâuit, vt non recêdat laus tua de ore hominum, qui mémores fuerint virtutis Domini in æternum.

HYMNVS.

AVe maris ſtella,
Dei mater alma,
Atque ſemper virgo,
Felix cœli porta.

Sumens illud Aue,
Gabriêlis ore,
Funda nos in pace,
Mutans Heuæ nomen.

Solue vincla reis,
Profert lumen cæcis,
Mala noſtra pelle,
Bona cuncta poſce.

Monſtra te eſſe matrem,
Sumat per te preces,
Qui pro nobis natus
Tulit eſſe tuus.

Virgo ſingulâris,
Inter omnes mitis,
Nos culpis ſolutos,
Mites fac & caſtos.

Vitam præſta puram,
Iter paratuum

Vt videntes Ieſum,
Semper collætêmur.
Sit laus Deo Patri,
Summo Chriſto decus,
Spiritui Sancto,
Tribus honor vnus,
Amèn.

℣. Sit nomen Mariæ bene dictum. ℟. Exhoc nunc & vſque in ſæculum.

Ad Magnificat, Aña.

Mariæ nomen cunctas illuſtrat Eccleſias, cui fecit magna qui potens eſt, & ſanctum nomen eius.

Oratio.

DEus, qui glorioſam matrem tuam Mariam nominari voluíſti: concede quæſumus; vt qui dulce Mariæ nomen implórant, perpetuum ſentiant tuæ benedictionis effectum. Qui viuis, & regnas cum Deo Patre.

Et non ſit comme. præcedentis.

Ad Matut. Inuitatorium.

Aue Maria gratia plena: * Dominus tecum. Pſalm. Venite exultemus. 7.

HYMNVS.

QVẽ terra, põtus, ſidera
Colunt, adôrant, prędicant,
Trinã regentẽ machinã,
Clauſtrũ Mariæ báiulat.
Cui Luna, Sol, & omnia
Deſéruiũt per tempora;
Perfûſa cœli grâtia,
Geſtant Puellæ víſcera.
Beâta Mater múnere,
Cuius, ſupérnus, Artifex
Mundũ pugíllo cõtinẽs,
Ventris ſub arca clauſus eſt.
Beâta cœli núntio,
Fecunda Sancto Spiritu,
Deſiderâtus géntibus
Cuius peraluũ fuſus eſt.
Ieſu, tibi ſit gloria,
Qui natus es de Virgine,
Cu Patre, & almo Spiritu
In ſempiterna ſæcula,
Amèn.

In

In primo Nocturno, Aña. In vniuersa terra admirabile est nomen tuum, Maria. Psalmus. Domine Dominus noster, cum reliquis vt in Festo SS. Nominis Iesu. 9. Aña. In omnem terrã diffûsa est laus nominis Mariæ. Psalmus. Cœli enarrant. 10. Aña. Super mária, & flumina fundauit Mariam: & dedit illi nomen virtutum Rex gloriæ. Psalmus. Domini est terra. 11. ℣. Magnificâte Mariam Virginem mecum. ℞. Et exaltêmus nomen eius in æternum.

De libro Exodi.

Lectio j. *Cap. 15. c.*

SVmpsit Maria prophetissa, soror Aaron, tympanum in manu suæ: egressæque sunt omnes mulieres post eam cum tympanis, & choris, quibus præcinêbat, dicens: Cantemus Domino; gloriosè enim magnificatus est, equum, & ascensôrem eius deiêcit in mare.

℞. Laudemus nomen sacrum atque insigne Marię: * Mundo enim péperit Virgo salutis opem. ℣. Lætentur cœli de tali nomine, & orbis. * Mundo.

Lectio ij.

TVlit autem Moyses Israël de mari Rubro, & egressi sunt in desertũ Sur: ambulauerúntq; tribus diebus per solitudinem, & non inueniêbant aquam. Et venérunt in Mara, nec póterant bibere aquas de Mara, eo quòd essent amáræ: vnde & congruum loco nomen imposuit, vocans illũ Mara, id est, amaritudinem.

℞. Benedictum sit nomen Mariæ, * Cuius manus tornatiles plenæ hyacinthis.

this. Implorãtibus Mariæ nomen Maria præsto adest. * Cuius manus.

Lectio iij.

ET murmurauit populus contra Móysen, dicẽs: Quid bibêmus? At ille clamauit ad Dominum, qui ostendit ei lignum, quod cùm misisset in aquas, in dulcédinem versæ sunt. Ibi constítuit ei præcepta atque iudícia, & ibi tentauit eum, dicẽs: Si audíeris vocem Domini Dei tui, & quod rectum est coram eo féceris, & obedíeris mandatis eius, custodierísque omnia pręcepta illîus, cunctum languôrem, quem posui in Ægypto, non indûcam super te: ego enim Dominus sanâtor tuus.

℟. Salutêmus Marîam pro nobis Filium exorántem: * Et illi dicâmus: Aue Maria, gratia plena: Dominus tecum. ℣. Hæc est Gedeônis vellus, quæ leuissima orationis cõpressiône larga exhibet gratiarum stillicidia. * Et illi dicâmus. Gloria Patri. * Et illi.

In secundo Noct. Aña.

Speciosum Mariæ nomen deprecéntur omnes diuites plebis, cuius decôrem concupîuit Rex. Psalmus Eructauit. 15. Aña. Refugium est in tribulationibus Mariæ nomen omnibus illud inuocantibus. Psalmus. Deus noster refugium 17. Aña. Maria cíuitas Dei sancta, gloriosa dicta sunt de nomine sancto tuo. Psalmus Fundamenta eius. 18. ℣. Repleâtur os meum laude Marię. ℟. Vt cantem gloriam nomini sancto eius.

Sermo sancti Epiphánij Episcopi.

Orat. de Laud. Virg. subinitium. Lectio jv.

BEâta Anna grauida effecta, cœlum & thronum Cherúbicũ péperit sanctã puéllam Mariam: illa enim reperitur esse cœlum, templum, & thronus, quia Mariam interpretari solêmus Dominam, atque etiam spem. Péperit enim Dominum, qui est spes totius mundi, nempè Christum. Rursum nomen illud, Maria, interpretatur myrrha maris. Myrrham verò dicet aliquis (quod ego etiam aio) de immortalitâte, eò quòd paritûra esset gemmam immortalem in mari, hoc est in mundo. Mare autem dicet vniuersum mũdum, in cui Virgo serenitâtem, & tranquillitâtem cóntulit, dum portũ péperit Christum.

℟. Benedicta tu à Domino Deo tuo in omni tabernaculo Iacob: * Quóniam in omni gente quæ audíerit nomẽ tuum magnificabitur super te Deus. ℣. Tu gloria Ierúsalem, tu lætitia Israël, tu Maria honorificentia populi nostri. * Quóniam.

Lectio v.

RUrsum ítaque præclaræ puéllæ Mariæ beatum nomen interpretatur illustrata; vt pote quę illustrata sit à Filio Dei, & cunctos vsque ad terminos terræ credéntes Trinitati illumináuerit. Sancta enim puélla Virgo Maria, est sponsa Trinitatis, & thesáurus dispẽsationis planè arcânus, cui Gábriel inquit: Aue gratia plena: Dominus tecum, subiunxit Gábriel. Et Pater misit arrhabônem de cœlo Spiritum

ritum Sanctum, præparauit Virginem vnigenito Filio, cœlesti sponso, quã Pater diléxit, Filius inhabitauit, Spiritus Sanctus percupiuit.

℟. Mélius est bonum nomen, quàm diuitiæ multę: *Turris fortissima Mariæ nomen. ℣. Propugnáculum est omnibus qui ad illud cõfugiunt. *Turris.

Lectio vj.

IPsa est enim sponsa, & thálamus, & ex ea spõsus procêdit Christus virgineum indumětum, iuxta suauem Dauîdis Prophetæ cantionem: In sole posuit tabernaculũ suum, & ipse tamquam sponsus procédens de thalámo suo. O sponsi desiderium summæ puritatis! Propriam ancillam propensiôre affectu constituit sponsam, & matrem.

℟. Nomẽ sanctum meum notum fáciam in medio populi mei: *Et scient, quia ego Maria. ℣. Delitiæ meæ esse cum filijs hominum. *Et scient. Gloria Patri *Et scient.

In tertio Nocturno, Aña.

Nuntiate inter Gentes gloriam Mariæ, in omnibus populis mirabilia nominis eius. Psalmus. Cantate. 21. Aña. Annuntiauérunt cœli nomen Mariæ: & viderunt omnes populi gloriam eius. Psalmus. Dominus regnauit exúltet. 22. Aña. Notum fecit Dominus sacrum Mariæ nomẽ, & in conspectu Gentium reuelauit virtutem nominis eius. Psalmus. Cantate. 23. ℣. Aue Maria, gratia plena. ℟. Dominus tecum.

Lectio sancti Euangelij secundùm Lucam.

Lectio vij. *Cap.1.c.*

IN illo tempore: Missus est Angelus Gábriel à Deo in ciuitatem Galileæ, cui nomen Nazareth, ad Virginem desponsatã viro, cui nomen erat Ioseph, de domo Dauid; & nomẽ Virginis Maria. Et reliqua.

Homilia sancti Bernardi Abbatis.

Homil. 2. super Missus, in fine.

ET nomen, inquit, Virginis Maria. Loquamur pauca, & super hoc nomine, quod interpretatum, maris stella dicitur, & matri Virgini valdè conuenienter aptâtur. Ipsa namque aptissime sideri comparatur: quia sicut sine sui corruptione sidus suum emittit radium; sic absque sui læsione Virgo párturit Filium. Nec sideri radius suam minuit claritatem, nec Virgini Filius suam integritatem. Ipsa est igitur nobilis illa stella ex Iacob orta; cuius radius vniuersum orbem illúminat, cuius splendor, & prę-fulget in supérnis, & ínferos pénetrat, terras etiam perlustrans, & calefáciens magis mentes quàm corpora: fouet virtutes, éxcoquit vitia. Ipsa, inquam, est præclara, & exímia stella super hoc maremagnum, & spatiosum necessariò subleuâta, micans méritis, illustrans exemplis.

℟. Clarissimum Marię nomen, ipsa stella est præfulgens: * Peccatôres illúminat, & dirigit in portum salutis. ℣. Consolatur tristes, miseros leuat, & iacentes érigit. * Peccatôres. Benedictio. Cuius festum cólimus, ipsa Virgo Virginum.

Le-

Lectio viij.

O Quisquis te intelligis in huius sæculi profluuio magis inter procéllas, & tempestates fluctuâre, quàm per terrá ambulare, ne auértas oculos à fulgôre huius sideris, si non vis obrui procéllis. Si insurgant venti tentationum, si incúrras scópulos tribulationum, réspice stellam, voca Mariam. Si iactâris supéruiæ vndis, si ambitionis, si detractionis, si æmulationis, respice stellam, voca Mariam. Si iracundia, aut auaritia, aut carnis illécebra nauiculá concússerit mentis, réspice ad Mariam. Si criminum immanitate turbatus, consciẽtiæ fæditate confusus, iudicij horrôre pertérritus, bárathro incípias absorbêri tristitiæ, desperationis abysso, cógita Mariam.

℟. Omnia flúmina intrant in mare, & ipsum non redundat: * Omnia gratiarú charísmata in Mariam, & ipsa non intumélcit. ℣. Dixit illi Angelus: Aue gratia plena. At ipsa respondit: Ecce ancilla Domini. * Omnia. Gloria Patri. * Omnia.

Lectio jx.

IN perículis, in angustijs, in rebus dubijs Mariam cógita, Mariam ínuoca. Non recêdat ab ore, non recêdat à corde; & vt ímpetres eius oratiônis suffragium, non déseras conuersationis exemplum. Ipsam sequens, non déuias: ipsam rogans, non despéras: ipsam cógitans, non erras. Ipsa tenente, nó córruis: ipsa protegente, non métuis: ipsa duce, non fatigaris: ipsa propitia, péruenis: & sic in temetipso

experîris quàm meritò dictum ſit:Et nomen Virginis Maria. T e Deum laudamus. 27.

Ad Laudes, & per Horas Aña.

M irabiles elationes maris, ſed mirabilior in nomine Mariȩ Dominus. Pſalmus. D ominus regnauit, cum reliquis. 29. Aña. Laudate in exultatione Mariæ nomen, quoniam ſuaue eſt. Aña. Labia mea laudabũt te, ò Maria, quia dulce eſt nomen tuum ſuper mel ori meo. Aña. Spiritus, & animæ iuſtorum benedicant Mariam in nomine ſancto eius. Aña. Beneplacitum eſt Domino in nomine Mariæ, in quo exaltauit manſuetos in ſalutẽ.

Capitulum. *Iudith.13.c.*

B Enedicta es tu filia à Domino Deo excelſo præ omnibus mulieribus ſuper terram: quia hodie nomen tuum ita magnificauit,vt non recêdat laus tua de ore hominum,qui mémores fuérint virtutis Domini in æternum.

HYMNVS.

O Glorioſa Virginum
Sublîmis inter ſidera
Qui te creâuit paruulum
Lacténte nutris úbere.

Q uodHeua triſtis abſtulit,
Tu reddis almo gérmine:
Intrent vt aſtra flébiles,
Cœli reclûdis cárdines.

T u Regis alti iánua,
Et aula lucis fúlgida:
Vitam datã per Virginẽ,
Gentes redẽptȩ plaudite.

I eſu, tibi ſit gloria,
Qui natus es de Virgine
Cũ Patre,& almo Spiritu,
In ſempiterna ſæcula,
Amèn.

℣. Lætâbor,& exultâbo in te, Maria. ℟. Pſalmum dicam

cam nomine tuo.

Ad Benedictus, Aña. Benedictus Deus, qui Mariæ Virgini lucis nomen donâuit, vt illuminaret eos, qui inténebris ſedent; & vt ſtella maris errántes dirígeret in portum pacis.

Oratio.

DEus, qui glorioſam matrem tuam Mariam nominari voluiſti: concede propitius; vt qui dulce Mariæ nomen implorant, perpetuum ſentiant tuæ benedictionis effectum. Qui viuis, & regnas cum Deo Patre.

Ad Primam Aña. Mirábiles.

Ad Tertiam Aña. Laudate. Capitulum. Benedicta es tu, vt ſupra. ℟. breue. Magnificâte, * Mariá Virginem mecum. Magnificâte. ℣. Et extollâmus nomen eius in æternum. * Mariam. Gloria Patri. * Magnificâte. ℣. Repleâtur os meum laude Mariæ. ℟. Vt cantem gloriam nomini ſancto eius.

Ad Sextam Aña. Labia mea.

Capitulum. *Iudith.13.d.*

BEnedicta tu à Deo tuo in omni tabernáculo Iacob; quoniam in omni gente, quæ audíerit nomen tuum magnificábitur ſuper te Deus Iſraël.

℟. breue. Repleâtur os meum. * Laude Mariæ. Repleâtur. ℣. Vt cantem gloriam nomini ſancto eius. * Laude Mariæ. Gloria Patri. * Repleâtur. ℣. Aue Maria, gratia plena. ℟. Dominus tecum.

Ad Nonam Aña. Beneplacitum eſt.

Capitulum. *Ezech.16.b.*

EGreſſum eſt nomen tuũ in Gentes propter

ter ſpeciem tuam; quia perfecta eras indecôre meo, quem poſüeram ſuper te, dicit Dominus Deus.

℟. breue Aue Maria, * Gratia plena. Aue. ℣. Dominus tecum. * Gratia. Gloria Patri. Aue Maria. ℣. Lætâbor, & exultâbo in te, Maria. ℟. Pſalmum dicam nomini tuo.

In ſecundis Veſperis omnia dicuntur vt in primis.

Ad Magnificat, Aña.

Maria Virgo omniũ oculis gratioſa: nominâtum eſt nomen gloriæ eius vſque in extremum terræ.

Oratio vt ſupra 167.

Deinde fit commemor. S. Thomæ de Villanoua Epiſc. & Conf. Aña Diſperſit, dedit paupéribus: iuſtitia eius manet in ſæculum ſæculi. ℣. Amauit eum Dominus, & ornauit eum. ℟. Stolam gloriæ induit eum.

Oratio.

DEus qui beatũ Thomam Pontificem inſignis in páuperes miſericordiæ virtûte decoráſti; quæſumus, vt eius interceſſione in omnes, qui te deprecántur, diuitias miſericordiæ tue benignus effundas. Per Dominum.

DIE XXVIIj. SEPTEMBRIS.

In Feſto SS. Adulphi, & Ioãnis Fratrum mart. Hiſpal. duplex 2. claſ. Omnia de cõmuni plurim. mart.

Oratio.

DEus, qui nos ánnua ſanctorum martyrum tuorum Adulphi, & Ioannis ſolemnitate lętificas: concede propitius; vt quorum gaudemus méritis, accendâmur exemplis. Per Dominum.

In

In primo Nocturno Lectiones: Fratres, debitores ſumus. In ſecundo Nocturno: Nemo eſt qui neſciat. Homilia ſuper Euangelium: Deſcendens Ieſus de monte. ℟.8. Hæc eſt vera fraternitas.

DIE VIIJ. OCTOBRIS.

In Feſto S. Petri Martyris Hiſpal. duplex 2. claſ. Omnia vt in communi vnius Martyris.

Oratio.

PRęſta quęſumus omnipotens Deus: vt intercedente beato Petro Martyre tuo, & à cunctis aduerſitátibus liberêmur in corpore, & à prauis cogitationibus mundemur in mente. Per Dominum.

In primo Nocturno Lectiones: Fratres debitores ſumus. In ſecundo Nocturno: Principes perſecúti ſunt. Homilia ſuper Euangelium: Siquis vult poſt me venire.

DIE XXJ. OCTOBRIS.

In Feſto SS. Urſulæ, & ſociarum virg. & mart. duplex maius. Omnia de commun. Virg. Oratio prop. vt in Breuiario. In primo Nocturno Lectiones: De virginibus. In 2. Nocturno: Nunc nobis. Homilia ſuper Euang. Decem virginibus. Lectio 9. & commem. S. Hilarionis Abbatis. Ad Magnificat in vtriſque Veſperis, & ad Benedictus, ℣. & Aña. pro pluribus virginib. vt in Breuiario.

DIE XXIIJ. OCTOBRIS.

In Feſto SS. Seruandi, & Germani Fratrum martyr. Duplex 2. claſ. de communi plurim. mart. exceptis quæ ſequuntur.

Ora-

Oratio.

DEus, qui nos ánnua sanctorum martyrum tuorum Seruandi, & Germani solemnitâte lætificas: concede propitius, vt quorum gaudêmus meritis, accendâmur exemplis. Per Dominum.

In primo Nocturno Lectiones: Fratres, debitores sumus.

In secundo Nocturno.

Ex Martyrol. & Breuiarijs Hisp.

Lectio iv.

SEruándus, & Germânus fratres, patre Marcello Legionensi, viro non solùm martyrio, sed & felíci duódecim filiorũ Martyrum sóbole præclâro, matre Nona sanctissima fæmina nati sunt. Hi abipsis incunábulis Christianã Religionem cum sanctissimis móribus, à pijs parẽtibus altè imbibêrunt. In ea ergo sanctisque eius officijs sese strénuæ exercentes, Christi gloriam, nomenque palàm confitebântur. Sæuiente autem eo tempore persecutiônis in Christianos procélla, comprehensi, & ad præsidem adducti generosa libertâte Christiânos se professi sunt. Rogâti, vt desisterent, & thura deis offérrent, sic saluos, & magnis honoribus auctos fore, respondêrunt, sibi in Christo satis honoris, & diuitiârum repósitum esse, eique, vt Deo verò, non falsis simulàcris vllum cultum delatûros. Irâtus iudex, eos varijs, & exquisitis cruciatibus torquêri iubet. Sed nõ potuit constantem iúuenẽ índolem à proposito dimouêre. Fundàti enim erant supra firmam petrã, &

Omnip. Sempiterne Deus, qui Stis fratrib. Servando, et Germano, mirabilem fidei constantiam tribuisti; concede propitius, vt qui tantorum martyrum patrocinio fruimur, eorum perpetua intercessione roboremur. P. D. N.

& inuicti patris, & tot domeſticis exemplis confirmâti, magna ergo cum gloria exeo certámine cōfeſſorum titulum reportârunt.

℟. Sancti tui Domine mirabile conſecúti ſunt iter, ſeruientes præceptis tuis, vt inueniréntur illæſi in aquis válidis: * Terra appáruit árida: & in mari Rubro via ſine impedimento. ℣. Quoniam percuſſit petram, & fluxérunt aquæ, & torrentes inundauérunt. * Terra.

Lectio v.

PAce interim Eccleſię reddita, multò libériùs Chriſtum profitebantur, multos ex impietâte ad fidem reducebant: alios in ea confirmâbant: In idôla, & nefária gentium ſacra apértè, ac liberè inuehebâtur: ea vbicumque inuenta profligánda curâbant, multis fortitudinem fidei admirántibus, & eorum exemplum ſequentibus. Quòd viros ſanctiſſimos, in Chriſti nomine dæmones è corporibus obſéſſis eijcere, ægris ſanitatem réddere, & multis alijs miráculis inclareſcere vidêrent. Nouo autem Imperatorum edicto, iterū Eccleſiæ pace turbâta, Chriſti athlêtæ iterum ad Prouinciæ Præſidem rapiuntur. Qui eos flagris ſęuiſſimis cędi, & férreis pectinibus excarnificâri iubet, nec ſic tamen alte ínſitam fidem ex illorū animis euéllit. Immò in media tormentorum acerbitate magno cum gaudio, & Chriſti laudes, & idolorum infámiam prædicâbant.

℟. Verbera carníficum nō ti-

timuérunt ſancti Dei, morientes pro Chriſti nomine: * Vt herédes fierent in domo Domini. ℣. Tradidérunt corpora ſua propter Deum ad ſupplicia. * Vt herédes.

Lectio vj.

DEcreuit autem Pręſes eius cauſæ cognitionem referre ad Vicarium præfecti prætorio, qui tunc erat in Prouincia Tingitana, Arrepto ergo longo, & difficili itinere ſanctos fratres ſecũ pérgere iubet, qui nudis pedibus graui catenârũ ónere impedîti, moleſtijs, & contumelijs maximis affecti, fame, ſitique pæne enecti eum ſequuntur. Quas incomoditâtes, ærumnáſque æquiſſimis animis pro Chriſto ferẽdas duxêrunt: & eo quidem libentiùs, quòd eas ipſas, & Marcellus pater, & fratres Hemetérius, & Chelidónius eo ipſo itinere, & eâdem de cauſa antea ducti ſuo exẽplo ipſi leuiôres feciſſent. Peruéntum tandem eſt ad vicum Gaditâni conuẽtus nomine Vrſonianum, in quo cùm allata eſſet viatoris Vicarij ſententia, ſecûri percúſſi, in cœlum migrarunt, decimo Kalendas Nouembris. Germâni corpus (vt refert ſanctus Iſidorus) Gádibus ſepultũ, poſteà Eméritam tranſportâtum eſt. Corpus autem Seruandi Hiſpalim tranſlatum inter ſanctas virgines Iuſtam, & Ruffinam recónditum eſt. Cuius reliquiæ in Hiſpalenſi Eccleſia hodie religioſè aſſeruantur, & in hierothêca per anniuerſariam ambôrum celebritâtem populo oſtendúntur.

℟. Tamquam aurum in fornâce probauit electos Dominus, & quasi holocausti hostiã accepit illos: & in tempore erit respéctus illorum. * Quoniam donum, & pax est electis Dei. ℣. Qui confidunt in illum, intélligent veritaté: & fidéles in dilectione acquiescent illi. * Quoniã. Gloria Patri. * Quoniam.

In tertio Nocturno Homilia super Euangelium: Descendens Iesus de mõte. 8. ℟. Hæc est vera fraternitas.

DIE XVVJ. OCTOBRIS.

In Festo S. Florentij martyris Hispal. Duplex 2. clas. Omnia vt in communi vnius mart. præter ea quæ sequuntur.

Oratio.

PRęsta quęsumus omnipotens Deus, vt qui beati Florentij martyris tui natalitia cólimus: intercessione eius in tui nominis amore roborêmur. Per Dominum.

Et non fit commem. S. Euaristi Papæ, & mart.

In primo Nocturno Lectiones: Fratres, debitores sumus, de cõmuni plurim. mart.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

Ex Martyr. & Breuiar. Hispal.

QVo tempore Imperatorum non minus cruentis, ac funestis, quam superstitiosis edictis Christiana religio per Hispániam opréssa, ingentem martyrum ségeté Christo dedit Hispalensis Prouincia, hac fæcunditâtis laude cæteris non inferior complûres, tam viros, quam fæminas sanctitate, & martyrij virtute præstã-

tes,

res, in cœlestem Coloniam misit. Quorum res præclarè gestæ, & egrégia certámina, quamuis hominum litteris obſcûrè tantùm adumbrâta ſint, in libro tamẽ vitę expreſſa ad ſempiternam memoriam cõſeruantur. In illis æternitâtis commentárijs ſanctorũ Honorij, Euthychij, & Stephani, qui Aſtæ paſſi ſunt, deſcriptum eſt martyriũ: item ſancti Geruntij Italicenſis Epiſcopi cuius corpus in ſua Eccleſia requieſcit: Petri quoque Hiſpalẽſis glorioſa eſt vſque ad mortem cõféſſio, quorum viuis, ac recentibus exemplis Florentius vir Deo déditus ad fidei certamen multum inflammatus eſt.

Honeſtum fecit illum Dominus, & cuſtodîuit eum ab inimicis, & à ſeductoribus tûtauit illum: Et dedit illi claritâtem æternam. ℣. Deſcenditq́; cum illo in fóueam: & in vinculis non dereliquit eum. * Et dedit.

Lectio v.

CVm ergo Datianus Bœticæ Prouinciæ præſes in Chriſtianos inquíreret, & Florentium palàm Chriſti fidem profitêri audîret, iuſſit hominem adſe addûci: qui de religiônis profeſſione rogâtus, ſe libera voce Chriſtianum eſſe reſpóndit; ac pro tuẽda Chriſti gloria mortem quantúmuis atrôcem ſubitûrum. Admonet præſes, promiſſis minas iungens, vti dominorum Auguſtorum edictis obtempéret, & magna cum eorũ gratia Ioui vltôri ſacríficet: ſin minus eum débitas légibus pænas datûrum. Sed fortis, & conſtans Chriſ-

Christi miles, nec promissis commôtus, nec minis térritus respondit. Se non Ioui adúltero, & obscænis dæmonum simulâcris, sed vni Regum Regi, & Deôrum Deo omnipotenti, & verò impiorum vltôri eũ honôrem debêre. Nihil pro inde fácere mortáliũ principum gratiam, quæ se à sempiterno tanti núminis amôre alienâre tentaret.

℟. Desidérium animę eius tribuisti ei Domine; * Et voluntâte labiôrum eius nõ fraudásti eum. ℣. Quoniam præuenisti eum in benedictionibus dulcédinis: posuisti in cápite eius coronam de lápide prætioso. * Et voluntate.

Lectio vj.

Tulit impatientissimè Datianus eam iniuriam, & dijs & principibus fieri (sic enim interpretabântur sanctam Florentij libertâtem) iubet itaque in eum à carnificibus omnem crutiâtus immanitâtem exercêri, vt hoc pacto, aut vlciscerêtur offensam, aut obfirmatam viri constantiam emollîret. Sed cum omnia frustrà tentásset, & inuicta martyris virtus flagra, plúbâtas, ecúleos, & ália supplicíorum génera superásset, sententia mortis lata, ad Tyle castrum agri Hispalensis cápite plexus, immortalem martyrij corônam consecûtus est, septimo Kalendas Nouembris.

℟. Stola iucũditatis índuit eum Dominus: * Et corônam pulchritudinis posuit super caput eius. ℣. Cibauit illum Dominus pane vitæ, & intellectus: & aqua sapientiæ salutâris potáuit illum;

illum:* Et corônam. ℣. Glória Patri.* Et corônam.

In tertio Nocturno Homilia super Euangelium: Siquis vult post me venîre. 9. lect. & commem. S. Euaristi Papæ, & mart. (nisi venerit in Dominica, vel celebretur Vigilia SS. Apost. Simonis, & Iudæ.) Aña. & ℣. de primis Vesp.

DIE XIJ. NOVEMBRIS.

In Festo S. Didaci Confessoris Diœces. Duplex minus.

Ad Vesperas Aña. Beatus Dídacus, cum reliquis de Laudibus, Psalmus, Dixit Dominus, cum reliquis vt supra 1. & loco vltimi Psalm. Laudate Dominum omnes gentes. 45.

Capitulum. 1. *Cor*. 1.

FRatres: Vidête vocationem vestrã, quia non multi sapientes secũdùm carnem; non multi potentes, non multi nobiles, sed quæ stulta sunt mundi elêgit Deus, vt cõfundat sapientes.

HYMNVS.

FAllâcis vndas sæculi,
Múndique fugit rétia,
Ducénte Christi Spiritu,
Primis ab annis Dídacus.
Desérta dum petit loca,
Corpúsque castîgat suũ,
Perfúndit illum lárgiùs
Cœléstis imber grátię.
Sublîme mox scandi iugũ
Francisci iter perárduũ,
Et sancta per vestígia,
Seque árctius ligat Deo.
Immũda quidquid áppetit
Mirâtur, & quidquid caro
Calcat, relinquit, négligit
Lucrêtur vt Christũ sibi.
Iesu tibi sit glória,
Qui magna solus efficis,
Cũ Patre, & almo Spiritu,
Per sæculôrum sæcula,
Amèn.

℣. Ora pro nobis beate Didace. ℟. Vt digni efficiamur promissionibus Christi.

Ad Magnificat, Aña.

Tanto beatus Didacus erga Christi páuperes amôre flagrâbat, vt cum illorũ calamitates pro voto subleuâre non posset, vim lacrymarum profundens, verbis eos dulcissimis solarêtur.

Oratio.

Omnipotens sempiterne Deus, qui dispositione mirábili infirma mundi élegis, vt fortia quæque confundas: cõcede propitius humilitati nostræ; vt pijs beati Didaci confessoris tui précibus ad perennem in cœlis gloriã sublimâri mereâmur. Per Dominum.

Deinde fit commem. S. Martini Ep. & Conf. Aña. O beatum Pontificem, qui totis visceribus diligêbat Christum Regem, & non formidabat imperij principatum: ò sanctissima anima, quam etsi gladius persecutôris non ábstulit, palmam tamen martyrij non amîsit. ℣. Iustum deduxit Dominus per vias rectas. ℟. Et ostendit illi regnum Dei.

Oratio.

Deus, qui cónspicis, quia ex nulla nostra virtute subsistimus: cõcede propitius; vt intercessione beati Martini confessoris tui atque Pontificis, contra omnia aduersa muniamur. Per Dominũ.

Ad Matutinum, Inuitator.

Deum, cui semper humílium deprecátio plácuit. * Veníte adorêmus. Psalmus. Venîte exultemus. 7.

HYMNVS.

INopẽ canamus Didacũ
Cœli bonis prædiuitem
Húmilẽ canâmusDidacũ
Ad celſa vectum ſidera.
Chriſti potens, ò dextera,
Quæ ſuſcitat de púluere
Egênũ,& inter principes
In ſede ſublîmi locat.
En qui reliquit omnia,
Felix recêpit omnia,
Illuſtribus miráculis
Latè corúſcat inclytus.
Corpus flagéllis ſæpiùs
Quod áſperis afflíxerat,
Odôre fragrat plurimo,
Et mẽbra ſanat languida.
Summo Patri ſit lúminũ,
Natôque Patris gloria,
Et cum beato Spiritu
Cunctis in æuũ ſæculis,
Amen.

In primo Nocturno, Aña. Cũ Beatus Didacus ægrotorum fratrum Romæ curam géreret, in publica inópia apud Chriſti paúperes, omnia abundâbant. Pſalmus. Beatus vir, qui non abijt, cum reliquis vt ſupra 114. Aña Seruo ſuo iter agenti menſam parâuit Deus, & vero Iſraëlitæ in deſerto cibária miniſtrauit. Pſalm. Quare fremuêrunt Gentes. 114. Aña Ægrótos ſigno Crucis obſignans, oleo lámpadis perungêbat: multôrũ varios languôres mirabiliter Crucis virtûte ſanâbat. Pſalm. Domine, quid multiplicâti ſunt. 115. ℣. Amâuit eum Dominus,& ornâuit eum. ℟. Stolam gloriæ induit eum.

De Epiſtola prima B. Pauli Apoſtoli ad Corinthios.

Lectio 1. *Cap.* 1. *c.*

VErbum Crucis pereúntibus quidem ſtultítia eſt, ijs autem qui ſalui fiunt, id eſt nobis, Dei virtus eſt. Scriptũ eſt enim: Per-

Perdam ſapientiam ſapiẽtium, & prudentiam prudentium reprobâbo. Vbi ſápiens? vbi ſcriba? vbi conquiſitor huius ſæculi? Nonnè ſtultam fecit Deus ſapientiam huius mundi? Nam quia in Dei ſapientia non cognôuit mundus per ſapientiam Deum: plácuit Deo per ſtultitiam prædicatiônis ſaluos facere credentes. Quoniam, & Iudæi ſigna petunt, & Gręci ſapientiam quęrunt: nos autem prædicâmus Chriſtum crucifixum: Iudæis quidem ſcandalum, Gentibus autem ſtultitiam; ipſis autem vocátis Iudæis, atq; Græcis, Chriſtum Dei virtûtem, & Dei ſapientiam: quia quod ſtultũ eſt Dei, ſapientius eſt hominibus: & quod infirmum eſt Dei, fortius eſt hominibus.

℟. Beatus Didacus in adoleſcencia ſua ſœpit Deo ſeruîre in timôre, & ſimplicitâte, * Corpus ſuum caſtígans, & in ſeruitûtem rédigens. ℣. Pænitẽtis habitu ſuſcépto, in ſolitariũ locum ſeceſſit. * Corpus.

Lectio ij.

Vidête enim vocatiônem veſtram fratres, quia non multi ſapientes ſecundùm carnẽ, non multi poténtes, non multi nóbiles: ſed quæ ſtulta ſunt mundi elêgit Deus, vt confundat ſapiẽtes: & infirma mundi elêgit Deus, vt cõfundat fortia: & ignobilia mundi, & contẽptibilia elêgit Deus, & ea quæ non ſunt, vt ea quæ ſunt deſtrúeret: vt nõ gloriêtur omnis caro in conſpéctu eius. Ex ipſo autem vos eſtis in Chriſto Ieſu, qui factus eſt nobis ſapientia à Deo, & iuſtitia,

& ſanctificatio, & redẽptio, vt quemádmodũ ſcriptum eſt: Qui gloriâtur, in Domino gloriêtur.

℟. Seráphici Franciſci religionem profeſſus, ſumma humilitâte in ea per omnem vitam permánſit. * Vt omnibus prælucêret ſanctitatis exemplo. ℣. Tanto ſtudio in régulæ obſeruatione verſabâtur. * Vt omnibus.

Lectio iij.

Et ego cùm veniſſem ad vos, fratres, veni non in ſublimitâte ſermonis, aut ſapientię, annuncians vobis teſtimonium Chriſti. Non enim iudicâui me ſcire aliquid inter vos, niſi Ieſum Chriſtum, & hunc crucifixum. Et ego in infirmitate, & timôre, & tremôre multò fui apud vos: & ſermo meus, & prædicatio mea non in per ſuaſibilibus humanæ ſapientiæ verbis, ſed in oſtenſiône ſpiritus, & virtûtis: vt fides veſtra non ſit in ſapientia hominum, ſed in virtute Dei. Sapientiam autem lóquimur inter perfectos: ſapiẽtiam verò nõ huius ſęculi, neque principum huius ſæculi, qui deſtruúntur: ſed loquimur Dei ſapientiam in myſterio, quæ abſcóndita eſt, quam prædeſtinâuit Deus ante ſæcula in gloriam noſtram, quam nemo principum huius ſæculi cognôuit.

℟. Iſte eſt qui contempſit vitam mundi, & peruênit ad cœleſtia regna. * Et inuentus eſt in numero ſanctorum. ℣. Iſte eſt, qui ante Deum magnas virtûtes operâtus eſt. * Et inuentus. Gloria Patri. * Et inuentus.

In

In secundo Noct. Aña. Púerum è succénso furno extráctum, sanctæ Dei genitricis auxilio matri incólumem repræsentauit. Psalmus. Cum inuocaré. 117. Aña. Corpus, quod viuens Spiritus sancti templum fúerat, mortuum nõ compútriuit, sed suaui odôre omnes mirificè recreabat. Psalmus. Verba mea auribus. 118. Aña. Púella surda, & muta, & parálysi debilitâta, beati Didaci mortui manu tacta, illico sensus recêpit, totoque corpore est roborâta. Psalmus. Domine Dominus noster. 119. ℣. Os iusti meditabitur sapientiam. ℟. Et lingua eius loquêtur iudicium.

Lectio jv.

REx Regũ ante omnia sæcula Christus Dominus, qui propter salutem hominis pérditi, in plenitudine temporis factus est homo, Ecclesiam suam vnicè dilectam, suôque prætiôso sanguine acquisitam, suprafirmam petram, cui firmitatem dedit: in se ipso summo angulari lápide à Christianæ fidei primordijs ædificauit, & vsque ad sæculi cõsummatiônem, per omnes témporum ætâtes mirabiliter ædificat: diuínũ verò, & admirabile huius ædificationis artificiũ, nec inflata mundi sapientia capit, & diabolica astutia, ac supérbia contremíscit. Nimîrum Pater misericordiarum, qui facit mirabilia solus, hanc diuinam structûram in beati Didaci initijs profectu, & fine, per eximiam sanctitâtem, his tempóribus mirificè demonstrâuit, vt verum sit,

quòd omni ſæculo, omnîque témporum ętâte, Sanctus ſanctorum Deus Eccleſiam ſuam dilectam beati Franciſci méritis, nõ ſolum fætu nouæ prolis multíplicat, ſed ſanctorũ ſidéribus quotídie oxornat.

℟. Infirmôrum curæ præféctus, fratres ægrôtos omnibus charitatis officijs proſequebâtur. * Et quorúmdam vlcera lambendo abſtergêbat. ℣. Exímia in eo fides, & gratia curatiônum elûxit. * Et quorúmdam.

Lectio v.

NAtus igitur beatus Didacus in Hiſpánia, in óppido Prouinciæ Bœticæ, nomine ſanctus Nicolaus de Portu Diœceſis Hiſpalenſis, circiter annum milleſimum quadringenteſimum, génere, & parentibus humilis, ſed virtutibus clarus; vt qui magnus futûrus erat, à mínimo incíperet. Et is quidẽ vt fæcúndus ager cœleſtis gratiæ imbre irrigâtus, vberes fructus citò protulit: nam adoleſcens ex medio Babylônis fugiens, hoc eſt, ex láqueis, & perículis ſæculi, pœnitentis hábitum indûtus in propinquã ſolitariam Eccleſiam, vnà cum pio quodam Sacerdote, ſpiritualis vitæ duce, & ſocio, quaſi Angélicæ exercitationi opportunam ſeceſſit: vbi nouus Chriſti miles in huius fallâcis mũdi contemptione, & omnium humanârum rerum deſpicientia, in humilitâtis opéribus, in agélli Eccleſiæ proximi cultûra, & laboris manuum ſuarum, ac eleëmoſynârum alimonia, in ſubueniendis proximis,

mis, in corpore edomãdo, & spiritui subijciendo, & cœlestium contemplatione se assiduè exercens magna cum oppidanôrum ædificatione præclârum tyrocinium pósuit.

℟. In simplicitate, & in sinceritate Dei, & non in sapientia carnali, * Sed in gratia Dei conuersati sumus in hoc mundo. ℣. Gloria nostra hæc est, testimoniũ conscientiæ nostræ. * Sed in gratia.

Lectio vj.

POst aliquod verò annos, vt se arctioribus vinculis Christo adstringeret, & à mundi tempestatibus, quàm longissimè discéderet, & sub suaui obedientiæ iugo Deo secúriùs, & fructuosiùs seruiret, in portum Seraphicę Religionis sancti Francisci, quàm tútiùs áppulit, eamque in Conuentu de Arrizâfa Fratrum Minorũ de Obseruantia inîre decreuit, regulamquè professus, vnus quidem omnibus erat hábitus, vnum pietâtis institútum, dispar tamen eius obseruationis studiũ, virtutumque accretio. Hic autem iam athlêta Christi amplissimum virtûtum stadium ingressus, quæ retro sunt obliuiscens, & ad ea, quæ sunt priora se extendens, cæpit omni contentione corporis, & spiritus pérsequi (diuina gratia suffragânte) brauîum supérnę vocationis. Quamuis enim láicus, & de numero conuersorũ, absque humanarum litterarum perítia, maxima cũ cordis simplicitate, régulã ádeò tenâci memoriæ cõmẽdâuit, vt sicut alioquin rudis eam verbâtim dídi-

cit, ſic adpręſcriptum illius ad amûſſim, toto tempore vitæ ſuæ inuiolabíliter vixit.

℟. Infirma mundi elêgit Deus, vt confundat fortia; & ignobilia mundi, & cōtemptibilia elêgit Deus. * Vt non gloriêtur omnis caro in conſpéctu eius. ℣. Quod ſtultum eſt Dei, ſapientius eſt hominibus. * Vt non. Gloria Patri. * Vt non.

In tertio Nocturno, Aña. Adoleſcens in beati Didaci ſacêllo orans, & vigilans à miſerabili dæmonis vexatione curatur.

Pſalmus 14.

DOmine quis habitâbit in tabernaculo tuo? * aut quis requiéſcet in monte ſancto tuo?

Qui ingréditur ſine mácula, * & operâtur iuſtitiam.

Qui lóquitur veritâtem in corde ſuo, * qui non egit dolum in lingua ſua.

Nec fecit proximo ſuo malum, * & oppróbrium non accêpit aduerſus proximos ſuos.

Ad níhilum dedûctus eſt in conſpéctu eius malígnus: * timētes autem Dominum gloríficat.

Qui iurat proximo ſuo, & non décipit: * qui pecúniam ſuam non dedit ad vſûram, & múnera ſuper innocentem non accêpit:

Qui facit hæc, * non mouebitur in æternum.

Aña. Adoleſcens in beati Didaci ſacêllo orans, & vígilans à miſerabili dæmonis vexatione curatur.

Aña. Méritis beati Didaci partúriēs à propinqua morte liberâtur, fætus mortuus ad vitam reuocatur.

Pſal-

Psalmus 20.

DOmine in virtûte tua lætabitur rex: * & super salutâre tuum exultabit veheménter.

D esiderium cordis eius tribuisti ei: * & voluntate labiôrum eius non fraudásti eum.

Q uoniam prçuenisti eum in benedictionibus dulcédinis: * posuisti in capite eius corônam de lápide pretioso.

V itam pétijt à te:* & tribuisti ei longitudiné diêrum in sæculum,& in sæculum sæculi.

M agna est gloria eius in salutári tuo: * gloriam, & magnum decôrem impónes super eum.

Q uoniam dabis eum in benedictionem in sæculú sæculi:*lætificâbis eum in gaudio cum vultu tuo.

Q uoniam rex sperat in Domino, * & in misericordia Altissimi non commouébitur.

I nueniâtur manus tua omnibus inimícis tuis: * déxtera tua inueniat omnes qui te odêrunt.

P ones eos vt clíbanum ignis in tempore vultus tui: * Dominus in ira sua conturbâbit eos, & deuorâbit eos ignis.

F ructum eorum de terra perdes:* & semen eorum à filijs hominum.

Q uoniam declinauêrunt in te mala;* cogitauêrunt consilia, quæ non potuêrunt stabilíre.

Q uoniam pones eos dorsum:* in relíquijs tuis prçparâbis vultum eorum.

E xaltâre Domine in virtûte tua,* cantábimus, & psallêmus virtutes tuas.

Aña. Méritis beati Didaci partúriens à propinqua mor-

morte liberatur, fætus mortuos ad vitam reuocàtur.

Aña. Dixit beatus Didacus in somni quiéte filio Regis: Confide in Domino, Princeps, quia sanus fies, & mox è summo vitę perículo liberatur.

Psalmus 23.

DOmini est terra, & plenitudo eius; * orbis terrârum, & vniuersi qui hábitant in eo.

Quia ipse super mária fundauit eum: * & super flúmina præparauit eum.

Quis ascéndet in mõtem Domini? * aut quis stabit in loco sancto eius?

Innocens mánibus, & mundo corde, * qui non accêpit in vano animam suam, nec iurâuit in dolo proximo suo.

Hic accípiet benedictiônem à Domino, * & misericordiam à Deo salutâri suo.

Hæc est generátio quæréntium eum: * quæréntium fáciem Dei Iacob.

Attóllite portas principes vestras, & eleuámini portę æternâles: * & introîbit Rex gloriæ.

Quis est iste Rex gloriæ? * Dominus fortis, & potens, Dominus potens in prælio.

Attóllite portas principes vestras, & eleuámini portę æternâles: * & introîbit Rex gloriæ.

Quis est iste Rex gloriæ? * Dominus virtûtum ipse est Rex gloriæ.

Aña. Dixit beatus Didacus in somni quiéte filio Regis: Confide in Domino, Princeps, quia sanus fies, & mox è summo vitę perículo liberatur. ℣. Lex Dei eius in corde ipsius.

℟. Et non ſupplantabúntur greſſus eius.

Lectio ſancti Euangélij ſecundùm Matthæum.

Lectio vij.

IN illo tempore: Acceſſérunt Diſcipuli ad Ieſum, dicentes: Quis putas maior eſt in regno cęlorum? Et reliqua.

Homilîa ſancti Ioannis Chryſoſtomi.

Ex Homil. 59. in Matth.

ET áduocans Ieſus paruulum, ſtátuit eum in medio eorum, & dixit: Amen dico vobis, niſi conuerſi fuerîtis, & efficiamini ſicut páruulus iſte, non intrâbitis in regnum cœlorum. Curiôſè (inquit) ſcrutámini vos, quis veſtrum maior ſit, & de primâtus honôre conténditis: ego autem, ſiquis humiliôrem ſe cæteris nõ effécerit, ipſo ingréſſu cœleſti omnino indîgnum áſſero. Rectè autem ante oculos monſtratiône páruuli totam rem póſuit, ipſo aſpéctu eos conuertens, ac perſuádens, vt abſque ſimulatiône áliqua humilitâtem amplectântur.

℟. In Canária magna cùm martyrij palmam ſe conſequutûrum ſperâret. * Non martyrio voluntas, ſed voluntati martyrium défuit. ℣. Deo illum reſeruante, vt multos Chriſto lucrifáceret. * Non.

Lectio viij.

PAruuli autem non inuidêre, nec inanẽ ſpectâre gloriam, nec primátus deſiderâre dignitâtem nouêrunt, ſed maximam hanc virtutem póſſident, puram dico ſimplicitâtem, & humilitâtem. Nõ ergo fortitúdine tantum, ac prudentia, ſed humili-

tatis quoque virtûte, & ſimplicitâte nobis opus eſt:quæ ſi non adeſt, ſalus noſtra certè cláudicat. Páruuli enim, nec ſi contumelientur, aut verberentur, afficiuntur odio: nec ſi laudântur, aut honorátur, vlla commouentur arrogantia. Vides quómodo rurſus ad præclara naturæ ópera nos próuocat, vt oſtendat poſſe nos voluntâtem iſtam nanciſci, & perniitioſam Manichæôrum rábiem acûto concîdit gládio? Si enim natura per ſe mala eſt, cuius gratia philoſophandi exempla inde trahit?

℟. Animam Deo redditûrus, Cruce manibus aſſumpta, ſummo pietâtis affectu dicere cæpit. * Dulce lignum, dulces clauos, dulcia ferens póndera. ℣. Et in illius ſuauiſſimo amplêxu obdormiuit in Domino. * Dulce lignum. Gloria Patri. * Dulce.

Lectio jx.

PAruulum autẽ ætâte, & quidem, mea ſententia, valdè páruulum, qui ab omnibus eſſet paſſionibus liber, in medio ſtátuit. Illa enim ætas omni arrogantia, omni gloriæ inânis furôre, omni liuôris inſánia, omni contentiônis cupiditâte, cæteriſque huiuſmodi affectibus immúnis eſt. Cumque præcipuis muniâtur virtutibus ſimplicitâtis, ſcilicet, & humilitatis, de nulla iſtarũ ſupérbit, ita dúplici Philoſophia ornâtur: nam & hęc bona póſſidet, & nihil ſibi propter hæc árrogat. His de cauſis in medio páruulum ſtatuit. Te Deum laudamus. 27.

Ad Laudes, & per Horas Aña.

BEatus Didacus ſtadium virtûtis ingréſſus, carnem ſuam labóribus, & flagêllis, vigilijs, ac ieiunijs edomâbat. Pſalm. Dominus regnauit, cum reliquis vt ſupra 28. Aña. Orationi ſemper intẽtus, Dei collóquio iugiter fruebatur. Aña. In ſchola orationis diuínitus erudítus, de rebus cœleſtibus ſenſus miríficos proferêbat. Aña. Ad Inſulas Canárias miſſus, infidêles multos ad Chriſti fidem verbo atque exemplo perdûxit. Aña. Omnes in ſeruo Dei copioſum charitatis ſpiritũ, & ſingularem apud Deũ gratiam agnoſcebant.

Capitulum. *1. Corinth. 1.*

FRatres: Vidête vocationem veſtrã, quia non multi ſapientes ſecũdùm carnem, non multi potentes, non multi nobiles: ſed quę ſtulta ſunt mũdi elêgit Deus, vt confundat ſapientes.

HYMNVS.

MVndi Redemptor óptime,
Qui morte mortẽ deſtruis
Tuam Crucẽ ſanctiſſimã
Omnes ad aſtra tóllimus.

Dilêxit illam Dídacus,
Amôre dulci ſáucius,
Illamque poſt te fórtiter
Conſors triumphi ſúſtulit.

Carnẽ rebellẽ cõprimens,
Eſcã malôrum péſſimam,
Senſúſque confixit tuæ,
Tecũ ipſe confixus Cruci.

Tandẽ ad beáta præmia
Athlêta fortis éuolans
Suaui ſopôre ſóluitur
Caræ Crucis cõpléxibus.

Te Chriſte clemẽtiſſime
Véniam precâmur ſúpplices,
Tu pro tuis fidélibus

Audi

Audi precántem Didacũ. Amen.

℣. Ora pro nobis beate Didace. ℟. Vt digni effiĉiâmur promiſſionibus Chriſti.

Ad Benedictus, Aña.

Ad beati Didaci corpus ſurdi audiunt, muti loquũtur, paralytici ſanantur, ab obſeſſis corpóribus dæmones expellũtur, ægróti ad vitam ab ipſo mortis limine reuocantur.

Oratio.

OMnipotens ſempiterne Deus, qui diſpoſitione mirábili infirma mundi éligis, vt fortia quæque confundas: concede propitius humilitati noſtræ; vt pijs beati Didaci Confeſſoris tui précibus, ad perénnem in cœlis gloriam ſublimâri mereâmur. Per Dñum noſtrum.

Ad Tertiam Aña. Oratiõni. Capitulũ. Fratres: vidête. ℟. breue. Amâuit eum Dominus, * Et ornâuit eum. Amâuit. ℣. Stolam gloriæ induit eũ. Et ornâuit. Gloria Patri. Amâuit. ℣. Os iuſti meditábitur ſapientiam. ℟. Et lingua eius loquêtur iudicium.

Ad Sextam Aña. In ſchola.

Capitulum. 1. *Corinth.* 1.

EX ipſo autem vos eſtis in Chriſto Ieſu, qui factus eſt nobis ſapiẽtia à Deo, & iuſtitia, & ſanctificatio, & redemptio: vt quemádmodũ ſcriptum eſt: Qui gloriatur, in Domino glorietur.

℟. breue. Os iuſti, * Meditabitur ſapientiam. Os iuſti. ℣. Et lingua eius loquêtur iudicium. Meditabitur. Gloria Patri. Os iuſti.

℣. Lex Dei eius in corde ipſius.

ipſius. ℟. Et non ſupplantabuntur greſſus eius.

Ad Nonam Aña. Omnes.

Capitulum. 1.*Cor*.1.

NOn enim iudicâui me ſcire áliquid inter vos,niſi IeſumChriſtum, & hunc crucifixum.

℟.breue. Lex Dei eius,* In corde ipſius. Lex. ℣. Et nõ ſupplantabuntur greſſus eius. In corde. Gloria. Lex. ℣. Iuſtum dedúxit Dominus per vias rectas. ℟. Et oſténdit illi regnum Dei.

In ſecũdis Veſperis omnia vt in primis. 176.

Ad Magnificat,Aña.

Beatus Didacus,dum tempus ſuæ reſolutionis inſtâret, Crucem amplexus, & oſculatus, atque óculis in vitale lignum defixis, & verba illa magno affectu pronuntians:Dulce lignũ, dulces clauos, dulcia ferẽs póndera, quæ ſola fuiſti digna portare Regem cœlorum,& Dominum; ſanctam Deo animam reddidit. Oratio vt ſupra. 190.

Deinde fit commem. S. Martini Papæ, & mart. (niſi ſequatur Dominica)

Aña. Iſte ſanctus pro lege Dei ſui certâuit vſque ad mortem, & à verbis impiorum non timuit: fundatus enim erat ſupra firmam petram. ℣. Gloria, & honore coronaſti eum Domine. ℟. Et conſtituiſti eum ſuper ópera manuum tuarum.

Oratio.

DEus, qui nos beati Martini martyris tui atque Pontificis ánnua ſolemnitâte lætificas:concede propitius; vt cuius natalítia cólimus, de eiuſdem etiam protectione gau-

gaudeâmus. Per Dominũ noſtrum.

DIE XJX. NOVEMBRIS.

In Feſto S. Criſpini Epiſc. Aſtigit. & mart. huius Diœceſ. Dupl. maius. Omnia de communi vnius mart.

Oratio.

DEus, qui nos beati Criſpini martyris tui atque Pontificis ánnua ſolemnitate lætificas: concede propitius; vt cuius natalitia cólimus, de eiuſdem etiam protectione gaudeâmus. Per Dominũ noſtrum.

Et fit commem. S. Pontiani Pap. & mart. Aña. & ℣. de Laudibus.

In primo Nocturno Lectiones: A Milêto. In 2. Nocturno: Triumphalis. Homilia ſuper Euangeliũ: Siquis vult poſt me venîre. Nona Lect. & comem. S. Pontiani Aña. & ℣. de Veſperis.

Feſtum S. Eliſabeth Reginæ Vngariæ transfertur.

DIE XXIIJ. NOVEMBRIS.

In Feſto S. Clementis Papæ, & martyris Patroni Hiſpal. Duplex 1. claſſis, & cum octaua Hiſpali tantùm, & in ſuburbanis, ob victoriam eo die de Sarracenis reportatam. Omnia vt in Breuiario; ſed indictis locis nihil de S. Felicitate. Extra ciuitatem autẽ ſemidupl. vt in Breuiar.

DIE XXJV. NOVEMBRIS.

In Feſto SS. Honorij, Eutichij, & Stephani mart. Aſtenſ. huius Diœceſ. Duplex maius. Omnia de cõmuni plurim. mart.

Oratio.

DEus, qui nos concêdis ſanctorũ martyrum tuorum Honorij, & ſociorum eius natalitia cóle-

cólere: da nobis in æterna beatitudine de eôrum ſocietate gaudêre. Per Dominum.

In primo Nocturno Lectiones: Fratres, debitôres ſumus. In 2. Noct. Quotieſcumque, fratres. Homilia ſuper Euangelium: Deſcendens Ieſus de mõte. Lectio 9. S. Chryſogoni mart. commem. octauæ S. Clementis, & S. Chryſogoni.

DIE XXV. NOVEMBRIS.

Fit de S. Catharina virg. & mart. vt in Breuiario, cũ commem. octauæ S. Clementis.

DIE XXVj. NOVEMBRIS.

Quarta die infraoctauã S. Clementis.

In primo Nocturno Lectiones de ſcriptura occurrenti, Reſponſoria verò quæ ſequuntur.

℟. 1. Oránte ſancto Clemente, appáruit ei Agnus Dei: * De ſub cuius pede fons viuus emânat, fluminis ímpetus lætificat ciuitatem Dei. ℣. Vidi ſupra montem Agnum ſtantẽ. * De ſub cuius.

℟. ij. Omnes vna voce dixêrunt: Ora pro nobis ſancte Clemens, * Vt digni efficiamur promiſſiónibus Chriſti. ℣. Nõ meis méritis ad vos me miſit Dominus veſtris coronis partícipem fieri, * Vt digni.

℟. iij. Dediſti Domine habitaculum martyri tuo Clementi in mari, in modum templi marmórei Angélicis manibus pręparâtum: * Iter præbens populo terræ, vt enárrent mirabilia tua. ℣. Dediſti Domine ſanctis tuis viam in mari, & influminibus ſémitam. * Iter præbens.

Gloria Patri.* Iter prębés.

In ſecundo Nocturno.

Sermo ſancti Petri Chryſologi.

De S. Apollinar. 128.

Lectio jv.

MErito ſanctus Clemens, quia iuxta mandatum Dei ſui pérdidit animam ſuam, eam inuenit in vitam ſempiternam. Beatus, qui ita curſum conſummâuit, fidem ſeruâuit, vt verè primus à credentibus ſuo reperirêtur in loco. Nec eum quiſquam confeſſoris vocábulo minôrem credat eſſe quàm martyrem, quem Dei nutu quotidianum, & multíplicẽ reuerſum cónſpicit ad agônem. Audi Paulum dicentem: Quotidie mórior. Semel mori parũ eſt eũ, qui poteſt Regi ſuo glorioſam ſæpè de hóſtibus referre victoriã.

℟. Honeſtum fecit illum Dominus, & cuſtodîuit eum ab inimîcis, & à ſeductoribus tutâuit illum: * Et dedit illi claritatem æternam. ℣. Deſcenditq; cum illo in fóueam: & in vinculis non derelîquit eum. * Et dedit.

Lectio v.

NOn tàm mors, quã fides, & deuótio Martyrem facit: & ſicut virtûtis eſt in ácie, in conflictu, pro re amôre ſuccúmbere; ita perfectæ virtutis eſt diù ágere, & conſummàre certàmina. Non ideò perſequútus eſt martyrem, quia non íntulit mortẽ, ſed probauit martyrem, quia non elícuit fidem, iniêcit tela, quæ pótuit, & omnia armôrum ſuôrum génera cállidus exêgit inimicus; nec tamẽ fortiſſimi ductôris mouêre

re mentem pótuit, aut temerâre conſtantiam.

℟. Deſiderium animę eius tribuiſti ei Domine. * Et voluntâte labiôrum eius non fraudaſti eũ. ℣. Quoniam præueniſti eum in benedictionibus dulcédinis: poſuiſti in cápite eius coronam de lápide pretioſo. * Et volũtate labiorum eius.

Lectio vj.

SEd vt propugnatorẽ ſuum ſibi Eccleſia ſancta retinêret, Chriſto vehementer occurrit; vt vincenti iuſtitię reſeruâret coronã, & ſibi belli tempore præliatôris ſui præſentiam condonâret: & quid plura, fratres, egit? Egit Eccleſia ſancta mater, vt nuſquam à ſuo ſepararêtur Antíſtite. Ecce viuit, ecce vt bonus paſtor ſuo medius aſſiſtit in grege: nec vnquam ſeparâtur ſpiritu, qui corpore præceſſit ad tempus: extinctus eſt diabolus, perſecûtor occúbuit: ecce regnat, & viuit, qui pro Rege ſuo deſiderauit occîdi, qui viuit, & regnat Deus per ómnia ſæcula ſæculorum.

℟. Stola iucũditatis índuit eum Dominus. * Et coronam pulchritúdinis poſuit ſuper caput eius. ℣. Cibâuit illum Dominus pane vitæ, & intelléctus: & aqua ſapientiæ ſalutâris potauit illum. * Et coronã. Gloria Patri. * Et coronam.

In tertio Nocturno.

Lectio ſancti Euangelij ſecundùm Matthæum.

Lectio vij.

IN illo tempore: Dixit Ieſus diſcipulis ſuis: Vigilate, quia neſcitis, qua hora Dominus veſter venturus ſit. Et reliqua.

Homilia sancti Ioannis Chrysostomi.

Ex Hom.78. in Matth.

PRoptéreà hæc dicit Dominus discipulis, vt vígilent, vt iugiter parati sint, quia qua non exiſtimant hora, venturus est: sollícitos igitur facit, & curiosos, ne vnquam virtutem négligant; tale quid autem est, quod dicitur: Si præscirent homines, quãdo moritûri sunt, diligentiam suam circa illam horam osténderent. Ne igitur in illo solúmmodo tẽpore, sed contínuè diligẽtes sint, nec generalẽ, nec singularem horam prædícit, vt semper expectando, semper vígilent: hac enim ratione terminum vitæ non occúluit. ℞. Corona aurea super caput eius. * Expressa signo sanctitatis, gloria honoris, & opus fortitúdinis. ℣. Quoniam præuenisti eum in benedictionibus dulcédinis: posuisti in cápite eius coronam de lápide pretioso. * Expressa.

Lectio viij.

DEinde líquido, adeò vt numquam liquídius, Dominum se ipsum appellâuit. Hæc autẽ etiã ad erubescientiam desidiæ mihi dicta videntur; maiorem enim diligentiam habent furem expectãtes, quàm vos salútis animæ; vígilant enim tunc, ne áliquid sibi subripiatur. Uos verò, quamuis certè sciatis ventûrum Dominum, nõ perseuerãtis tamen; neque ita vigilâtis, vt possitis non impræparati ex hac vita discédere; quapropter cũ perníicie dormiẽtium dies ille ventûrus est.

℞. Hic est verè martyr, qui pro

pro Chriſti nomine ſanguinem ſuum fudit: * Qui minas iudicũ non timuit, nec terrenę dignitatis gloriam quæſiuit, ſed ad cœleſtia regna peruenit. ℣. Iuſtum dedûxit Dominus per vias rectas, & oſtendit illi regnum Dei. * Qui minas. Gloria Patri. * Qui minas.

Pro S. Petro Epiſc. & mart.

Lectio jx.

PEtrus Epiſcopus Alexandriæ, poſt Theônam virum ſanctiſſimum, ſanctitatis & doctrinæ ſplendore nõ ſolùm illuſtrauit Ægyptum, ſed toti luxit Eccleſiæ Dei. Qui in perſecutione Maximiâni Galérij illam témporum acerbitâtem ita pértulit, vt multi admirabilem eius patientiam intuentes, plurimum in Chriſtiana virtute proficerent. Is primus Arîum Diaconum Alexãdrinum, propter ſchiſma Meletiânum, cui fauebat, à fidelium cõmunione ſeiunxit. Ad eum cápitis ab eôdem Maximiano damnatũ in carcere cũ Achillas, & Alexander Presbyteri deprecatores Arij veniſſent, reſpondit, noctu apparuíſſe ſibi Ieſum veſte diſciſſa; cauſamq; rei ſciſcitanti dixiſſe: Arîus veſtẽ meam, quę eſt Eccleſia, dilacerâuit. Quibus etiam prædicens fore, vt ſibi in Epiſcopatu ſuccéderent, præcêpit ne vnquã Arîum in communionem recíperent, quem Deo mortuum eſſe ſciret. Et hanc diuinã prænotionem veram fuiſſe, non diu poſt rei probauit euentus. Dénique duodecimo ſui Epiſcopatus anno, ſexto Kalendas Decembris abſciſſo capite, ad

martyrij coronam euolâuit. Te Deũ laudamus.27.

Ad Laudes, & per Horas, Antiphona.

Orante sancto Clemente, appáruit ei Agnus Dei. Psalm. Dominus regnâuit, cũ reliquis, vt supra 28. Aña Non meis méritis ad vos me misit Dominus, vestris coronis partícipem fieri. Aña. Vidi supra mõtem Agnum stantem, de sub cuius pede fons viuus emânat. Aña De sub cuius pede fons viuus emânat, flúminis ímpetus lætíficat ciuitatem Dei. Aña. Omnes gentes per gyrum credidêrunt Christo Domino.

Capitulum. *Iac.1.b.*

Beatus vir, qui suffert tentationem, quoniam cum probatus fúerit, accípiet coronam vitę, quam repromíssit Deus diligentibus se.

HYMNVS.

Inuicte Martyr únicum
Patris secûtus Filium,
Victis triũphas hostibus,
Victor fruẽs cœlestibus.

Tui precátus múnere
Nostrum reâtum dílue,
Arcens mali contágium,
Vitæ repéllens tædium.

Soluta sunt iam víncula
Tui sacrâti córporis:
Nos solue vinclis sæculi
Dono supérni Numinis.

Deo Patri sit gloria,
Eiúsque soli Fílio,
Cum Spiritu Paraclito
Nunc, & per omne sæculum, Amen.

℣. Iustus vt palma florêbit. ℟. Sicut cedrus Libani multiplicábitur.

Ad Bendictus, Aña.

Cùm iter ad mare cœpisset, populus voce magna clamâbat: Domine Iesu Christe, salua illum: & Clemens

mens cum lácrymis dicêbat: Súscipe Pater spiritum meum.

Oratio.

DEus, qui nos ánnua beati Clementis martyris tui, atque Pontificis solemnitate lætificas: concede propítius; vt cuius natalitia cólimus, virtutem quoque passionis imitêmur. Per Dominum nostrum.

Deinde fit commem. S. Petri Episc. & mart. Aña. Qui odit animam suam in hoc mũdo in vitam æternã cústodit eam. ℣. Gloria & honôre coronasti eum Domine. ℟. Et constituisti eum super ópera manuum tuarum.

Oratio.

INfirmitatem nostram réspice omnipotens Deus: & quia pondus propriæ actionis grauat, beati Petri martyris tui atque Pontificis intercessio gloriosa nos prótegat. Per Dominum.

DIE XXVIJ. NOVEMBRIS.

Quinta die infra octauam S. Clementis.

In primo Nocturno Lectiones de Scriptura occurrent. & ℟. vt supra

In secundo Nocturno.

Sermo sancti Augustini Episcopi.

De verbis Domini. 50.

Lectio jv.

PAstor bonus Christus, quid Petrus? nõne bonus pastor? nonne & ipse animam suam pro óuibus suis posuit? quid Paulus? quid cæteri Apostoli? quid eôrum tempora consequentes beati Episcopi Martyres? quid etiam iste sanctus Clemens? nonne omnes pastores boni, non mercenarij, de quibus di-

dicitur: Amen dico vobis, percepêrunt mercedẽ ſuã? Omnes ergo illi paſtores boni, non ſolum quia ſanguinem fudêrunt, ſed quia pro óuibus fudêrunt: non enim fudêrunt elatiône, ſed charitâte.

℟. Honeſtum fecit illum Dominus, & cuſtodîuit eum ab inimicis, & à ſeductoribus tutâuit illum. * Et dedit illi claritâtem æternam. ℣. Deſcenditq; cum illo in fóueam: & in vinculis non derelíquit eum. * Et dedit.

Lectio v.

NAm & apud hæreticos, qui propter iniquitates, & errores ſuos áliquid moleſtiârum perpéſſi fúerũt, nomine martyrij ſe iactant, vt hoc pallio dealbâti faciliùs furéntur, quia lupi ſunt. Si autè vultis ſcire in quo numero habendi ſunt; paſtorem bonum Paúlum Apoſtolum audîte. Quoniam non omnes, qui corpora ſua in paſſione etiam ignibus tradunt, æſtimandi ſunt ſanguinẽ fudíſſe pro óuibus, ſed pótius cõtra oues: Si diſtribúero, inquit, omnia mea paupéribus, & tradídero corpus meum, vt ardeam, iam ipſi ſunt. Sed vide, quid ſequitur; charitatem autem non habeam, nihil mihi prodeſt. Ecce venîtur ad paſſionẽ, ecce venîtur, & ad ſanguinis effuſionem, venîtur & ad córporum incenſionẽ: & tamen nihil prodeſt, quia charitas deeſt. Adde charitatem, proſunt omnia: détrahe charitatem, nihil proſunt cætera.

℟. Deſidériũ animæ eius tribuiſti ei Domine. * Et voluntate labiorum eius non

non fraudaſti eũ. ℣. Quoniam præueniſti eum in benedictionibus dulcêdinis: poſuiſti in capite eius coronam de lápide pretioſo. * Et voluntate.

Lectio vj.

QVale bonũ eſt charitas iſta, fratres? quid pretioſius? quid luminoſius? quid firmius? quid vtilius? quid ſecúrius? Quómodo autem habet, vel exiguam charitatem, qui etiam cõuîctus non amat vnitatem? Hanc Dominus vnitatem comméndans, paſtoribus bonis comméndans paſtores bonos, nóluit multos appellâre paſtores, neque enim, vt dixi iam, non erat paſtor bonus Petrus, Paulus, Apoſtoli cæteri, & poſteriores ſancti Epiſcopi, beatuſque Clemens. Omnes hi paſtores boni, & tamen ille paſtoribus bonis non commendâuit paſtores bonos, ſed paſtorem bonum. Ego ſum, inquit, paſtor bonus.

℟. Stola iucunditatis induit eum Dominus. * Et coronam pulchritudinis poſuit ſuper caput eius. ℣. Cibâuit illum Dominus pane vitæ, & intellectus: & aqua ſapientiæ ſalutaris potâuit illum. * Et coronam. Gloria Patri. * Et coronam.

In tertio Nocturno.

Lectio ſancti Euangelij ſecundùm Matthæum.

Lectio vij.

IN illo tempore: dixit Ieſus diſcipulis ſuis: Vigilâte, quia neſcítis, qua hora Dominus veſter ventûrus ſit. Et reliqua.

De Homilîa ſancti Ioannis Chryſoſtomi.

DIc, quæso, num & hoc ignorantis est? Nam, si quoniam nec Filium scire dictum est, ignorare ipsum affirmas: quid modo dices, cum dubitando dicere videâtur, quis igitur fidêlis seruus? An & hoc ipsum ignorâre confinges? Nequaquam: nullus enim nisi mente captus id diceret: at qui causam de illo dicere possumus, de hoc verò nullã. Quid porrò, quando interrogando dicit: Petre, dílígis me: neque illud sciêbat? aut quando quærit: vbi posuistis eum.

℟. Corona aurea super caput eius. * Expressa signo sanctitatis, gloria honoris, & opus fortitudinis. ℣. Quoniam præuenisti eum in benedictionibus dulcédinis, posuisti in capite eius coronam de lápide pretioso. * Expressa.

Lectio viij.

EGo verò etiam Patrem ita loquẽtem inuenio: Ipse enim est, qui dicit: Adam vbi es? & clamor Sodomôrum multiplicâtus est in me, descendens ígitur vidêbo, si secúdùm clamôrem venientem ópera fiant: si autem non ita, vt cognoscam. Et alibi; Si fortè audíerint, si fortè intelléxerint; & in Euãgelio: Verebúntur fortasse filium meum: quæ omnia verba quamuis ignorationẽ signíficent, non ignórans tamẽ, sed vt eum decet, dispensans ita dicêbat.

℟. Hic est verè martyr, qui pro Christi nomine sanguinem suum fudit: * Qui minas iúdicum non timuit, nec terrenæ dignitatis gloriam quæsiuit, sed ad

ad cœlestia regna peruênit. ℣. Iustū dedúxit Dominus per vias rectas, & ostendit illi regnum Dei. * Qui minas. Gloria Patri, * Qui minas.

Lectio jx.

DE Adam ergo illo modo quæsiuit, vt ad apologîam, hoc est, ad dicendam causam peccati eum indúceret. De Sodômis autem ita locûtus est, vt nos erudiret, nihil antea esse determinandum, quàm ad rem ipsam certius peruenirêmus. Per Prophetam autem ambiguè loqui videtur, ne prædictio inobedientiam necessariò fácere viderêtur. In Euangelio verò ostendere voluit, quia reuerêri filiū debuissent. Te Deū laudamus. 27.

Die xxviij. Novembris.

Sexta die infra octauam S. Clementis.

In primo Nocturno Lectiones de Scriptura occurrent. & ℟. vt supra.

In secundo Nocturno.

Sermo sancti Maximi Episcopi.

De S. Cypriano Homil. 2.

Lectio iv.

IN martyrio beatissimi Clementis, fratres charissimi, vniuersa nobiscum Christi exultat Ecclesia, quam in omne gaudium, & cœlestis eruditione sermonis instrûxit, & múnere triumphalis sanguinis decorâuit. Fuit enim in eo, sicut compértum habêmus, & contra errores diaboli spiritalis sapientiæ plenitudo aduersum persecutiones mundi Christiani péctoris infatigata constantia. Quis non huiusmodi virum, quantis valet præconijs, prosequatur,

tur, cuius eloquentia inſpirata diuinitus, & Eccleſias docuit, & ſæculum confutâuit.

℟. Honeſtum fecit illum Dominus, & cuſtodiuit eum ab inimicis, & à seductoribus tutâuit illum: * Et dedit illi claritatem æternam. ℣. Deſcenditq; cum illo in fóueam: & in vinculis non dereliquit eum. * Et dedit.

Lectio v.

VErè hic mirabilis, atque omnium vbique ſtudijs celebrandus, quem ſanctitas ſacerdotem, peritia doctorem, fides martyrem conſecrauit; Pretioſa, inquit Dauid, in conſpectu Dñi mors ſanctorum eius. Vidête, chariſſimi, in quantum venerabilis Clemens etiã propheticam ſupergreſſus eſt laudem, cuius in conſpectu Domini nõ ſolùm mors, ſed & vita extitit pretioſa. Moriendo namque, proprium Chriſto ſanguinem dedit, viuendo nihilóminus cohortatione fortiſſima, innumeros cœlo martyres acquiſiuit.

℟. Deſiderium animę eius tribuiſti ei Domine. * Et voluntate labiôrum eius nõ fraudâſti eum. ℣ Quóniam præueniſti eum in benedictionibus dulcedinis: poſuiſti in cápite eius coronam de lápide pretioſo. * Et voluntate.

Lectio vj.

QVid hoc clárius ſacerdote, qui inter hominum turbas gloria cœleſtis conuerſationis emícuit, atque inter Angélicos cœtus, & ſua factus eſt, & aliorum morte conſpicuus? Iuſtiſſimè hic cum Patriarcha Dauid cã-

tâuit

tâuit Domino Deo ſuo dicens: Cor meum, & caro mea exultauêrunt in Deo viuo: exultauit itaque cor eius in Deo viuo, cũ morientis, ac moritûri ſæculi vanitate deſpecta, totum ſe diuinis mancipâuit obſéquijs: exultauit & caro eius in Deo, quæ de hoc mundo non miſeri corruptioni languôris, ſed pijs pro religione ſupplicijs conſecrata migrâuit.

℟. Stola iucũditatis índuit cum Dominus. * Et corônam pulchritúdinis poſuit ſuper caput eius. ℣. Cibâuit illum Dominus pane vitæ, & intellectus: & aqua ſapientię ſalutâris potâuit illum. * Et coronã. Gloria Patri. * Et coronam.

In tertio Nocturno.

Lectio ſancti Euangelij ſecundùm Matthæum.

Lectio vij.

IN illo tempore: dixit Ieſus diſcipulis ſuis: Vigilâte, quia neſcítis, qua hora Dominus veſter ventúrus ſit. Et reliqua.

De Homilía ſancti Ioannis Chryſoſtomi.

HOc autem in loco, ne rurſus curioſiùs perſcrutêmur, & adhuc, vt quòd rárius eſt, pluris oſtẽdat. Expende autem qualẽ hæc verba ignorantiam ſignificâre poſſunt, ſiquidem à te conſtitutum ſuper familiam tuam ignorare non poteſt. Proptereà beatificat quidem eum: Beatus enim, inquit, ſeruus ille: quis verò ſit, ſilentio trádidit: quis enim eſt: aut quomodo conſtituet Dominus ſuper familiã ſuam, quem inueniet ſic facientem? Hęc non de pecunijs ſolúmmodo, verum etiam de verbis, de virtute, de

omni

omni dispensatione singulo homini concessa dicta sunt.

℟. Corona aurea super caput eius. * Expressa signo sanctitâtis, gloria honôris, & opus fortitudinis. ℣. Quoniam præuenisti eum in benedictionibus dulcédinis, posuisti in capite eius coronam de lápide pretioso. * Expressa.

Lectio viij.

HÆc parabola vel ad gerentes, gubernantesque rempublicã accommodari potest. Docet enim vnumquemque ad communem vtilitatem omnia conférre, quæ sua sunt, siue sapientiam, siue principatũ, siue quidquid aliud, non ad detrimẽtum conseruorum, nec ad perditionem suam. Quapropter vtrumque ab eo flagitat, prudentiam scilicet, atque fidẽ. Delicta enim ab amentia originem habent.

℟. Hic est verè martyr, qui pro Christi nomine sanguinem suum fudit. * Qui minas iudicum non timuit, nec terrenæ dignitatis gloriam quæsiuit, sed ad cœlestia regna peruênit. ℣. Iustum dedúxit Dominus per vias rectas, & ostendit illi regnum Dei. * Qui minas. Gloria Patri. * Qui minas.

Lectio ix.

FIdelem igitur appêllat, quoniam nihil ex rebus Domini sibi attribuit, nec incassum quicquam expendit. Prudentẽ autem, quia dispensare nóuerit; opportune siquidẽ vtrâque re nobis opus est, ne scilicet, quæ domini sunt, ad proprios vsus rapiamus, & vt opportunè om-

omnia diſpenſêmus. Te Deum. 27.

DIE XXIX. NOVEMBRIS.

Septima die infraoctauam S.Clementis.

In primo Nocturno Lectiones de Scriptura occurrenti,& ℟. vt ſupra die xxvj.

In ſecundo Nocturno.

De ſermone ſancti Maximi Epiſcopi.

Lectio jv.

HIc eſt ille Euangelicus pater familias, próferens de theſauro ſuo noua, & vétera, qui véteris,nouique teſtamenti vnum, atque idipſum myſterium prædicans,Eccleſias Chriſti locupletíſſima diſputatione ditâuit. Incorruptibilis, atque indefeſſus illîus eſt hodie theſaurus, qui pecuniam Domini ſui nummulárij fœnerans,quotidie in corde fidelium cœleſtium diuitiarum ſanctam conquirit vſuram.

℟. Honeſtum fecit illum Dominus, & cuſtodiuit eum ab inimicis, & à ſeductoribus tutâuit illum. * Et dedit illi claritatem æternam. ℣. Deſcenditq; cum illo in fóueam: & in vinculis non deriliquit eum. * Et dedit.

Lectio v.

QVid igitur, fratres, tanto ſpecioſius viro,cuius hęc eſt regula,& menſûra ſermônis, vt inter varias hominum cauſas,motuſque diuerſos, nunc affectione patris, nunc auctoritate doctoris conſolêtur humiles, ſupérbos comprimat, negligentes árguat, íncrepet infidêles. Tantóque,dénique decôre ſacerdotium, vitámque ſuam

vir fidelissimus adornauit, vt doctrinam suam subsequētibus cōfirmaret opéribus, dominicam illam sententiam tenens: Qui docúerit, & fécerit; hic magnus vocábitur in regno cœlorum.

℟. Desideriū animæ eius tribuisti ei Domine. * Et voluntate labiorū eius nō fraudásti eum. ℣. Quoniā præuenisti eum in benedictionibus dulcédinis: posuisti in capite eius coronam de lápide pretioso. * Et voluntate.

Lectio vj.

QVam magnus hic, quáque præcipuus in regno cœlorum est, quem in omnem gloriam sermo prophéticus, vita mirábilis, & mors Deo deuota sublîmat? Nec immerito, fratres, tanto cū honore nominis eius memoria, per amplissima mundi spátia celebrâtur, quia per vniuersum orbē ad firmamentum fidei nostræ, & passio eius, & doctrina profêcit.

℟. Stola iucunditâtis induit eum Dominus. * Et coronam pulchritudinis posuit super caput eius. ℣. Cibauit illum Dominus pane vitę, & intellectus: & aqua sapiētiæ salutaris potauit illum. * Et coronam. Gloria Patri. * Et coronam.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Euangelij secundum Matthæum.

Lectio vij.

IN illo tempore: dixit Iesus discipulis suis: Vigilate, quia nescítis, qua hora Dominus vester ventûrus sit. Et reliqua.

De Homilía sancti Ioannis Chrysostomi.

NAm

NAm ſi alterum horum abſit, eius abſentia alterum omnino claudîcat: ſi enim fidelis ita ſit, vt non furêtur, diſpérdat autem non neceſſario conſúmens impendio, non paruum id crimē eſt. Si verò è contrario rectè diſpenſet, ſibi verò accúmulet, ingens rurſus hęc culpa. Audiâmus etiam, qui pecunioſi ſumus.

℞. Corona aurea ſuper caput eius, * Expreſſa ſigno ſanctitatis, gloria honoris, & opus fortitúdinis. ℣. Quoniam preueniſti eum in benedictionibus dulcédinis, poſuiſti in capite eius coronam de lápide pretioſo. * Expreſſa.

Lectio viij

NOn enim Doctoribus hæc ſolùm, ſed diuítibus etiam dicit, cum vtriſque Dominus, diuitias ſuas credíderit, maximas quidem Doctoribus, ſed locupletibus non paruas. Si ergo docentes maiores diuitias ſeminent, atque diſpergant; vos autē nullā in minoribus liberalitatē oſtendâtis (cur liberalitatem, & non gratitudinem dixi? non enim veſtra, ſed aliéna tribuitis) quænam vobis futûra eſt excuſatio?

℞. Hic eſt verè martyr, qui pro Chriſti nomine ſanguinem ſuum fudit: * Qui minas iudicum nō timuit, nec terrenæ dignitatis gloriam quęſiuit, ſed ad cęleſtia regna peruênit. ℣. Iuſtum deduxit Dominus per vias rectas, & oſtendit illi regnū Dei. * Qui minas. Gloria Patri. * Qui minas.

Si celebretur in Aduentu dicitur ſequens Lectio, ſi verò ante Aduentum dici-

tur Homilia vt infra.

Lectio jx.

SEd interim, antequam de punitione dicatur, approbâti præmia serui qualia sint, audiamus: Amé dico vobis, in omnibus suis constituet eum: quid hoc honore maius? quæ oratio hanc dignitatem, hanc beatitudinem assequi póterit, cum cœlorum cónditor, cui omnia seruiunt, hominem in omnibus suis constituturus est? Prætereà & prudenté eum appellâuit, quia nouit magna pro paruis perdenda non esse: quia moderatè vitam hic perâgens cœlos consecûtus est. Te Deum laudamus. 27.

Si celebretur ante Aduétum dicitur 9. Lect. de Homilia Vigiliæ S. Andreæ.

Benedictio. Per Euangelíca dicta.

Lectio sancti Euangelij secúdùm Ioanné. *Cap. 1. c.*

Lectio jx.

IN illo tempore: stabat Ioannes, & ex discipulis eius duo. Et respiciens Iesum ambulantem, dicit: Ecce Agnus Dei. Et reliqua.

Homilîa sancti Augustini Episcopi.

Tract. 7. in Ioan. post initiũ.

QVia talis erat Ioãnes amîcus sponsi, nón quærêbat gloriam suam, sed testimoniũ perhibêbat veritati: numquid voluit apud se remanêre discipulos suos, vt non sequerentur Dominũ? Magis ipse ostendit discipulis suis quem sequerentur: habébant enim illum tamquã agnum. Et ille: Quid me attenditis? Ego non sum agnus. Ecce Agnus Dei. De quo & supérius dixerat:

rat: Ecce Agnus Dei. Et quid nobis prodest Agnus Dei? Ecce, ait, qui tollit peccatum mundi. Secúti sunt illum, hoc audito, duo qui erant cum Ioanne. Te Deum. 27.

Et fit commem. Vigiliæ, si venerit ante Aduentum, si verò venerit in Aduentu fit commem. de ipso Aduentu, & semper S. Saturnini mart.

DIE XXX. NOVEMBRIS.

Fit de sancto Andrea Apost. cum cōmemorat. diei octaui S. Clementis. Si verò Festum S. Andreæ venerit in Dominica fit de ea, & Festum S. Andreę transfertur. Et vesperæ erũt de Sabbato vt in Psalterio, Capitulum de Dominica, & commem. diei octaui S. Clementis vt in primis Vesperis Festi. Et in secundis Vesperis fit officium S. Andreæ cum commem. Dominicæ, & diei octaui S. Clementis.

DIE VIIJ. DECEMBRIS.

In Festo Conceptionis B. Mariæ semper Virginis, Duplex 1. clasis cũ octaua.

DIE JX. DECEMBRIS.

Fit de Festo S. Leocadiæ virg. & mart. vt in Breuiar. cum commemor. Octauę Conceptionis B. Mariæ, & Aduentus.

DIE X. DECEMBRIS.

Fit de Festo SS. Carpophori, & Abundij mart. Hispal. dup. 2. clas. Omnia de communi Plur. mart.

Oratio.

DEus, qui nos ánnua sanctorum martyrum tuorum Carpophori, & Abundij solemnitate lętificas: concede propitius; vt quorum gaudêmus mé-ritis, accendamur exem-

 plis.

plis. Per Dominum.

In primo Nocturno Lectiones: Fratres, debitôres ſumus. In 2. Noct. Quotieſcumque. Homilia ſuper Euangel. Cum audierîtis.

DIE xj. DECEMBRIS.

Quarta die infra octauam Conceptionis.

In primo Nocturno Lectiones de Scriptura occurrenti, & Reſponſoria quæ ſequuntur.

℟. j. Hodie concepta eſt Beata Virgo Maria ex pro genie Dauid: * Per quam ſalus mundi credentibus appáruit, cuius vita glorioſa lucem dedit ſæculo. ℣. Conceptionem Beatę Mariæ Virginis cum gáudio celebremus. * Per quam.

℟. ij. Beatiſſimæ Virginis Marię Conceptionem deuotiſſimè celebrêmus: * Vt ipſa pro nobis intercêdat ad Dominum Ieſum Chriſtum. ℣. Cum iucunditâte Conceptioné Beatę Mariæ Virginis deuotiſſimè celebremus. * Vt ipſa pro nobis.

℟. iij. Glorioſæ Virginis Mariæ Conceptionem digniſſimam recolamus, * Cuius Dominus humilitatem reſpêxit, quæ Angelo nuntiante concépit Saluatorem mũdi. ℣. Beatiſſimæ Virginis Mariæ Conceptionem deuotiſſimè celebrêmus. * Cuius Dominus. Gloria Patri. * Cuius Dominus.

In ſecundo Nocturno.

Sermo ſancti Ioãnis Chryſoſtomi.

Apud Metaphraſtem.

Lectio jv.

DEi filius non diuité, aut locuplêtem aliquam fœminam ſibi matrem elêgit, ſed Beatá Virginem

ginem illam, cuius anima virtútibus ornata erat. Cũ enim beata Maria ſupra omnem humanam naturã caſtitatem ſeruaret, propté rea Chriſtum Dominũ in ventre concêpit. Ad hanc igitur ſanctiſſimam Uirginem, & Dei matrem accurentes, eius patrocinijs vtilitatem aſſequamur. Itaque quæcumque eſtis virgines, ad Matrem Domini confúgite. Illa enim pulcherrimam, pretioſiſſimã, & incorruptibilem poſſeſſioné patrocinio ſuo vobis conſeruâbit.

℟. Cõceptio glorioſæ Virginis Mariæ ex sémine Abrahæ, ortæ de tribu Iuda, clara ex ſtirpe Dauid. * Cuius vita inclyta cunctas illuſtrat Eccleſias. ℣. Hodie concepta eſt Beata Virgo Maria ex progénie Dauid. * Cuius.

Lectio v.

Magnũ reuéra miráculum, fratres dilectiſſimi, fuit beata ſemper Virgo Maria. Quid nãque illa maius, aut illuſtriùs vllo vmquam tempore inuentum eſt, ſeu aliquando inueníri póterit? Hæc ſola cœlum, ac terrã amplitúdine ſuperâuit. Quidnam illa ſanctius? Non Prophetæ, non Apoſtoli, non Martyres, non Patriarchæ, non Angeli, nõ Throni, non Dominationes, non Séraphim, non Chérubim, non dénique aliud quidpiam inter creátas res viſibiles, aut inuiſibiles, maius, aut excellentiùs inueníri poteſt. Eadé ancilla Dei eſt, & Mater: éadem Virgo, & genitrix.

℟. Cum iucunditâte Conceptionem Beatæ Mariæ celebremus: * Vt ipſa pro

nobis intercedat ad Dominum Iesum Christum. ℣. Corde & animo Christo canámus gloriã in hac sacra solemnitate pręcellsæ genitrícis Dei Mariæ. *Vt ipsa.

Lectio vj.

HÆc eius Mater est, qui à Patre ante omne principium génitus fuit, quem Angeli, & homines agnoscunt Dominũ rerum omnium. Vis ne cognoscere quantò Virgo hæc præstantior sit cœlestibus potentijs? Illæ cum timôre, & tremôre assistũt faciem velantes suam: hæc humanũ genus illi offert, quem genuit. Per hanc & peccatorum veniam consequimur. Aue igitur Mater, cœlum, puélla, virgo, thronus, Ecclesiæ nostræ decus, gloria, & firmamẽtum, assiduè pro nobis precâre Iesum Filium tuum, & Dominum nostrum: vt per te misericordiam inuenire in die iudicij, & quæ repósita sunt ijs qui diligunt Deum, bona cónsequi possimus, gratia, & benignitate Domini nostri Iesu Christi: cum quo Patri simul, & sancto Spiritui gloria, & honor, & imperium, nunc & semper in sæcula sæculorum, Amen. ℟. Conceptio tua Dei génitrix Virgo, gaudium annuntiâuit vniuerso mũdo: * Ex te enim ortus est sol iustitię, Christus Deus noster: * Qui soluens maledictionem, dedit benedictionem: & confúndens mortem, donâuit nobis vitam sempiternã. ℣. Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus vẽtris tui. * Ex te enim. Gloria Patri. * Qui soluens.

In

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Euangelij secundùm Matthæum.

Lectio vij.

Liber generationis Iesu Christi filij Dauid, filij Abraham: Abrahã génuit Isaac. Isaac autem génuit Iacob. Et reliqua.

De Homilía sancti Hilarij Episcopi.

Comm. in Matth. cap. 1.

Non refert quis in originis numero, atque ordine collocêtur, dúmmodò vniuersorum familia cœpta esse intelligâtur ab vno. Itaque cum eiusdẽ tribus sint Ioseph, & Maria, dum profectus esse ex Abrahæ genere Ioseph ostenditur, profecta quoque docetur, & Maria. Hæc enim in lege ratio seruàta est, vt si mortuus sine filijs familiæ princeps esset, defuncti vxôrẽ posterior frater eiusdem cognationis acciperet, susceptosque filios in familiam eius, qui mortuus esset, reférret: manerétque ita in primogénitis successionis ordo, cùm patres eorum, qui post se nati essent, aut nomine haberentur, aut génere.

℞. Beatam me dicent omnes generationes: * Quia fecit mihi Dominus magna qui potens est, & sanctũ nomen eius. ℣. Et misericordia eius à progenie in progenies timẽtibus eum. * Quia.

Lectio viij.

Sequens illud est, vt quia diximus secundùm rerum fidem generationis istius ordinẽ, nec numero sibi, nec successione constare, huius quoque rei ratio afferatur. Nõ enim leuis causa est, vt aliud

aliud in narratione ſit, aliud fúerit in geſtis: & aliud referâtur in ſumma, aliud verò teneatur in numero. Namque ab Abrahã vſque ad Dauid quatuordecim generationes numeratæ ſunt: & à Dauid vſque ad tranſmigrationẽ Babylonis, in quibúſdam libris decem & ſeptem deprehenduntur. Sed in hoc non mendacij, aut negligentiæ vitium eſt. Tres enim ratione prætéritæ ſunt. Nam Ioras génuit Ochozîam, Ochozias verò génuit Ioam, Ioas deinde Amaſiam, Amaſias autem Ozîam: & in Matthæo Ioras Ozîam genuiſſe ſcribitur, cùm quartus ab eo ſit. Hoc ita, quia ex gentili fęmina Ioras Ochozîam génuit, ex Achab ſcilicet, qui Iézabel hábuit vxôrem.

℟. Felix namque es ſacra Virgo Maria, & omni laude digniſſima: * Quia ex te ortus eſt Sol iuſtitiæ, * Chriſtus Deus noſter. ℣. Ora pro populo, interueni pro clero, intercêde pro deuoto fæmineo ſexu: ſentiant omnes tuum iuuâmen, quicumque célebrãt tuam ſanctam Conceptionem. * Quia. Gloria Patri. * Chriſtus.

Lectio ix.

DEnique per Prophêtam non niſi quarta generatione in throno regio Iſraëlis quemquam de domo Acab eſſe ſeſſûrum dicitur. Purgâta igitur labe familiæ gentîlis tribus, quæ prætéritis iam regulis, in quarto generationum conſequentiũ ordine numerâtur, & vſque ad Mariam generationes quatuordecim eſſe ſcribũtur, cùm in numero decé &

& ſeptẽ reperiantur, nullus error eſſe póterit ſcientibus non eam ſolum eſſe Dño noſtro Ieſu Chriſto originem, quæ cœpit ex Maria: ſed in procreatione corpórea, natiuitâtis æternæ ſignificantiam comprehendi. Te Deum. 27.

DIE XIJ. DECEMBRIS.

Quinta die infra octauam Conceptionis.

In primo Nocturno Lectiones de Scriptura occurrenti, & ℟. vt ſupra 212.

In ſecundo Nocturno.

Ex libro ſancti Epiphánij Epiſcopi aduerſus hæreſes.

Lib. 3. hæreſi 78. poſt mediũ.

BEata Mater Dei Maria per Euam ſignificatur, quæ per enígma accêpit, vt mater viuẽtium vocêtur. Illa étenim mater viuentium vocata eſt, etiã poſtquam audîuit: Terra es, & in terram reuertêris, poſt tranſgreſſionem. Et mirũ eſt, quod poſt tranſgreſſionem hoc magnum cognômẽ hábuit. Et quod quidem pértinet ad rem ſenſibilem ab illa Eua omnis hominum generatio dedûcta eſt in terra; hîc autem verè à Maria hæc vita mundo génita eſt, vt viuentem gígneret, & fieret Maria Mater viuentiũ. Per ænigma igitur Maria Mater viuentium appellâta eſt.

℟. Cõceptio glorioſæ Virginis Mariæ ex sémine Abrahæ, ortæ de Tribu Iuda, clara ex ſtirpe Dauid, * Cuius vita inclyta cunctas illuſtrat Eccleſias. ℣. Hodie concepta eſt Beata Virgo Maria ex progénie Dauid. * Cuius vita inclyta cunctas illuſtrat Eccleſias.

Le-

Lectio v.

EVæ datum est operîre corpus sensibile propter nuditâtem sensibilem: Mariæ verò datum est à Deo, vt páreret nobis Agnum, & ex gloria ipsius Agni fieret nobis velut à véllere sapientiæ per virtutē ipsius indumētum incorruptibilitatis. Eua etiā mortis causa facta est hominibus: per ipsam enim mors ingressa est in mundum: Maria verò causa vitæ, per quam génita est nobis vita, & per hanc Filius Dei aduênit in mundum: & vbi abundâuit peccatum, ibi superabundauit & gratia: & vnde illâta est mors, illinc processit & vita, vt vita pro morte fieret: & qui per mulierē nobis vita factus est, mortem ex muliere inductā exclúderet. Et quoniam illic Eua, cùm adhuc esset virgo, per inobedientiam transgressa est: è contrario per Virginem obedientia gratiæ facta est, annuntiato aduentu in carne de cœlo, & vita ęterna.

℟. Cum iucunditate Conceptionem Beatæ Mariæ celebrêmus: * Vt ipsa pro nobis intercedat ad Dominum Iesum Christum. ℣. Corde & animo Christo canâmus gloriam in hac sacra solemnitate præcelsę genitricis Dei Marię. * Vt.

Lectio vj.

DE Maria enim accípitur (liceat mihi hoc dicere) quod scriptum est de Ecclesia: Relinquet homo patrem suum, & matrem suam, & adhærêbit vxôri suæ: & erunt duo in carne vna. Sanctus autem Apostolus dicit: Mysteriū hoc magnum

num est, ego autem dico in Christo & Ecclesia. Et vide scripturarum accurâtam dicendi proprietatẽ, quòd de Adam quidem dixit, formâuit: de Eua verò non formâtam esse, sed ædificatam. Accêpit enim, inquit, vnã de costis eius, & ædificauit ipsi in vxorẽ. Quo ostendat, Dominum quidem de Maria efformasse sibi ipsi corpus, ab ipsa verò costa ædificatam esse Ecclesiam, in eo quod punctum, & apértum est ipsius latus, & mysteria sanguinis, & aquæ prétia redemptionis facta sunt.

℟. Conceptio tua Dei genitrix Virgo, gaudium annuntiauit vniuerso mũdo: * Et te enim ortus est sol iustitiæ, Christus Deus noster: * Qui soluens maledictionem, dedit benedictionem: & confúndens mortem, donauit nobis vitam sempiternã. ℣. Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus vẽtris tui. * Ex te enim. Gloria Patri. * Qui soluens.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Euangelij secundùm Matthæum.

Lectio vij.

LIber generationis Iesu Christi filij Dauid, filij Abraham: Abrahã génuit Isaac. Isaac autem génuit Iacob. Et reliqua. Homilia sancti Ioannis Chrysostomi.

Homil. 2. in Matth. post init.

AUdîtu quidem mirabile est, quod ineffabilis Deus, & qui nec sermonibus explicári potest, nec cogitationibus comprehẽdi. Patrîque per omnia coæqualis, per Virginis ad nos venit úterum, &

& fieri ex muliere dignâtus est, & habêre progenitores Dauid, & Abraham: & quid dico Dauid, & Abraham? etiã illas quod magis stupendum est, fæminas, quas paulò ante memoraui. Hæc igitur audiens mente consurge, nihilque humile suspiceris, sed potius propter hoc ipsum maximè mirare, quia cùm verus, & dilectus filius sit sempiterni Dei, etiã Filius Dauid esse dignatus est, modò vt te filium faceret Dei: seruum patrem habêre dignatus est, vt tibi seruo patrem faceret ipsum Deum.

℟. Beatam me dicent omnes generationes: * Quia fecit mihi Dominus magna, qui potens est, & sanctum nomen eius. ℣. Et misericordia eius à progénie in progénies timentibus eum. * Quia fecit.

Lectio viij.

Vides ab ipso statim principio, quàm læta sint hęc nuntia. Quod si ambigis de his, quæ ad tuum spectant honorem, ab ijs, quę illîus sunt, etiam tuam disce crédere. Quantum enim cónsequi potest humana ratio, multò est difficíliùs Deum hominẽ fieri, quàm hominem Dei filium consecrâri: Cũ ergo audíeris, quia Filius Dei, Filius sit & Dauid, & Abrahæ; dubitare iam désine, quod & tu, qui filius es Adæ, futûrus sis filius Dei. Non enim semetípsum ita humiliâsset, nisi nos esset exaltatûrus. Natus est enim secundùm carnem, vt tu nascerêre spiritu: natus est ex muliere, vt tu desineres filius esse mulíeris.

℟. Felix namque es sacra Vir-

Virgo Maria, & omni laude dignissima: * Quia ex te ortus est sol iustitiæ, * Christus Deus noster. ℣. Ora pro populo, interueni pro clero, intercede pro deuoto fœmineo sexu: sentiant omnes tuum iuuámen, quicumque célebrãt tuam sanctam Conceptionem. * Quia. Gloria Patri. * Christus.

Lectio jx.

PRoptérea duplex facta generatio est, hæc scilicet nostræ similis, illa nostram eminẽter excedens. Quòd enim natus ex fæmina est, & nobis cõpetit: quòd verò non ex voluntate carnis, & viri, sed ex Spiritu sancto, aliã nobis sublimiôrem, futurámque, & spiritu consequẽdam generationẽ promittit. Sed alia quoque omnia ex simili diuersitate constabãt. Nam & baptisma profectò tale suscêpit, quod habêret quidem aliquid veteris, habêret & noui: quod enim baptizâtus est à Propheta, expressit vetus: quod autem descendit Spiritus, adumbrâuit nouum. Te Deum. 27.

DIE XIIJ. DECEMBRIS.

Fit de S. Lucia dup. cum commem. octauæ, & Aduentus.

DIE XIV. DECEMBRIS.

Septima die infra octauã Conceptionis.

In primo Nocturno Lectiones de Scriptura occurrent. & ℟. supra 212.

Si hodie fuerit Feria 4. Quatuor Temporum Lectiones, in primo Nocturno dicuntur vt in Festo S. Mariæ ad Niues die 5. Augusti: Ego sapientia habito.

In secundo Nocturno.

Ex Epistola sancti Ambrosij Episcopi ad Siricium Papam. *Epist.*81. *al.*7.

Lectio jv.

DE via peruersitatis prodúntur dicere: Virgo concêpit, sed non virgo generauit. Potuit ergo virgo concípere, non potuit virgo generâre, cùm semper conceptus præcedat, partus sequatur? Sed si doctrinis non creditur sacerdotum, credâtur oráculis Christi, credâtur mónitis Angelorum dicẽtium: Quia nõ est impossibile Deo omne verbũ. Credâtur symbolo Apostolorũ quod Ecclesia Romana intemeratum semper custodit, & seruat. Audîuit Maria vocem Angeli, & quæ antè dixerat: Quómodo fiet istud? non de fide generationis intérrogans, respondit posteà: Ecce ancilla Domini, contíngat mihi secundùm verbum tuum.

℟. Cõceptio gloriosę Virginis Mariæ ex sémine Abrahæ, ortæ de Tribu Iuda, clara ex stirpe Dauid, * Cuius vita inclyta cunctas illustrat Ecclesias. ℣. Hodie concepta est beata Virgo Maria ex progénie Dauid. * Cuius.

Ex libro sancti Hieronymi Presbyteri aduersus Iouiniânum.

De Apolog. ad Pammachium pro lib. aduersus Iouinianum in fine.

Lectio v.

CHristus Virgo, Mater Virginis nostri, Virgo perpetua, Mater, & Virgo. Iesus enim clausis ingressus est ostijs, & in sepulchro eius, quod nouum, & in petra durissima fúc-

fuerat excisum, nec antea quis, nec posteà positus est. Hortus conclusus, fons signatus: de quo fonte ille fluuius manat, iuxtà Ioël, qui irrigat torrentem, vel funium, vel spinarũ: funiũ, peccatorum, quibus ante alligabâmur: spinarũ, quæ suffocant sementem patris familias. Hæc est porta orientalis, vt ait Ezéchiel, semper clausa, & lúcida, opériens in se, vel ex se proferens sancta sanctorũ, per quam Sol iustitiæ, & Póntifex noster secũdùm ordinẽ Melchisedech ingreditur, & egreditur.

℟. Cum iucunditate Conceptionem Beatæ Mariæ celebrêmus: * Ut ipsa pro nobis intercedat ad Dominum Iesum Christum. ℣. Corde & animo Christo canâmus gloriã in hac sacra solemnitate pręcelsę genitricis Dei Marię. * Vt ipsa.

Ex libro sancti Irenæi Episcopi, & martyris aduersus hæreses.

Lib.5.cap.19.

Lectio vj.

IN sua propria veniente Domino, & sua propria eum baiulãte conditione, quæ baiulâtur ab ipso, & recapitulationem eius, quæ in ligno fuit inobedientiæ, per eam, quæ in ligno est, obedientiam faciente, & seductione illa solúta, qua sedúcta est malè illa, quę iã viro destinata erat virgo Eua; per veritatem euangelizáta est benè ab Angelo iam sub viro Virgo Maria. Quemadmodum enim illa per Angélicum sermonem sedúcta est, vt effugeret Deũ, præuaricata verbum eius: ita & hæc per Angélicum ser-

ſermonẽ euangelizâta eſt, vt portâret Deũ, obédiens eius verbo. Et ſicut illa ſedúcta eſt, vt effugeret Deũ; ſic hæc ſuaſa eſt obedîre Deo, vti virginis Euæ virgo Maria fieret aduocâta. Et quemadmodùm adſtrictum eſt morte genus humanum per Virginem, ſoluatur per Virginem; æqua lance diſpoſita virginalis inobedientia, per virginalem obedientiam.

℟. Conceptio tua Dei genitrix Virgo, gaudium annuntiauit vniuerſo mũdo: * Ex te enim ortus eſt ſol iuſtitię, Chriſtus Deus noſter: * Qui ſoluens maledictionem, dedit benedictionem: & confundens mortem, donauit nobis vitam ſempiternam. ℣. Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus vẽtris tui. * Ex te enim. Gloria patri. * Qui.

In tertio Nocturno.

Lectio ſancti Euangelij ſecundùm Matthæum.

Lectio vij.

LIber generationis Ieſu Chriſti, filij Dauid, filij Abraham: Abrahã génuit Iſaac. Iſaac autem génuit Iacob. Et reliqua.

De Homilîa ſancti Ioãnis Chryſoſtomi.

CVius verò rei gratia librum ipſum generationis Chriſti vocat, vbi non ſola vtique generatio, ſed tota prorſus ipſius myſterij diſpenſatio continetur? quia totîus ſcilicet diſpenſationis caput, radix atque principium omniũ nobis in hoc conſiſtit bonorum. Vt enim Moyſes librum cœli appellâuit, ac terræ, cum certè non de cœlo ſolum, terráque loquerêtur, ſed de cunctis, quæ

quæ inter ipſa ſubſiſtunt: ita etiam Euangeliſta ab ipſo omnium fonte, & capite bonorum librum vocauit.

℟. Beatam me dicent omnes generationes: * Quia fecit mihi Dominus magna qui potens eſt, & ſanctum nomen eius. ℣. Et miſericordia eius à progénie in progénies timentibus eum.* Quia.

Lectio viij.

QVa verò de cauſa nõ eum ante, filium Abrahę, & poſteà filium Dauid nuncupâuit? Non ſicut opinãtur aliqui, ab inferioribus volens ad ſuperiora conſcendere: cęterùm feciſſet, quod fecit & Lucas; nunc autem è contrario facit: cur ergo commemorauit priorem Dauid? Quia ipſe proculdubio in omnium vocabatur ore, ob inſigne honoris & gloriæ, ob ipſius quoque temporis ſpátia iũctiôra. Et ſi enim vtríque promiſerat Deus, ſed tamẽ illud quaſi antíquum reticebatur, hoc verò quaſi nouum, & recens ab omnibus celebrabâtur.

℟. Felix namque es ſacra Virgo Maria, & omni laude digniſſima: * Quia ex te ortus eſt ſol iuſtitiæ, * Chriſtus Deus noſter. ℣. Ora pro populo, interueni pro clero, intercede pro deuoto fęmineo ſexu: ſentiãt omnes tuum iuuámẽ, quicumque célebrant tuã ſanctam Conceptionem. * Quia. Gloria Patri. * Chriſtus.

Lectio jx.

IPſi namque Iudæi dicunt: nonne ex ſemine Dauid, & Bethleẽ caſtêllo, vnde erat Dauid, venit

Christus? Nemo igitur illũ filium Abrahæ, ſed omnes filium Dauid nominabãt, qui etiam honorabiliôres quoſque de ſanctitate Reges, qui poſt Dauid fuíſſe referuntur, ab illo omnes vocabant. Nec ipſi ſolum, verum etiam Deus. Nam & Ezechiel, & alij Prophetæ dicunt, Dauid ſurrectûrum eſſe, atque venturum: nõ de illo útique mortuo iam loquentes, ſed de ijs, qui illíus virtutem erant imitatûri. Proptéreà igitur à notiore interim, & celebratiore perſona ſumit exordium, & tum demum ad antiquiôrem recúrrit parentem. Te Deum. 27.

DIE XV. DECEMBRIS.

Octaua Conceptionis B. Mariæ Virginis.

Si dies Octaua Conceptionis B. Mariæ venerit in Dominica, Veſperæ erunt de Sabbato vt in Pſalterio, & à Capitulo fit de Dominica 3. Aduentus cum commem. diei Octauæ Conceptionis, & S. Euſebij Epiſc. & Confeſſ.

In primo Nocturno.

De Canticis Canticorum, *cap.8.* Lectio j.

QVæ eſt iſta, quæ aſcendit de deſerto, delicijs áffluens, innixa ſuper dilectũ ſuũ? Sub árbore malo ſuſcitâui te: ibi corrupta eſt mater tua; ibi violata eſt génitrix tua. Pone me vt ſignáculũ ſuper cor tuũ, vt ſignáculũ ſuper brachiũ tuum: quia fortis eſt vt mors dilectio, dura ſicut infernus æmulatio: lámpades eius, lámpades ignis atque flammârum. ℟. Hodie concepta eſt Beata Virgo Maria ex progénie Dauid: * Per quã ſalus mundi credentibus

bus apparuit, cuius vita gloriosa lucē dedit sęculo. ℣. Conceptionem beatæ Mariæ Virginis cũ gaudio celebrémus. * Per quam.

Lectio ij.

AQuæ multæ non potuerunt extinguere charitatem, nec flumina obruent illam: si déderit homo omnem substantiam domus suæ pro dilectione, quasi nihil despiciet eam. Soror nostra parua, & úbera non habet: quid faciêmus sorori nostræ in die quãdo alloquẽda est? Si murus est, ædificêmus super eum propugnácula argentea: si ostium est, compingâmus illud tábulis cédrinis.

℟. Beatissimæ Virginis Mariæ Conceptionem deuotissimè celebremus: * Vt ipsa pro nobis intercedat ad Dominum Iesum Christum. ℣. Cum iucunditate Conceptionẽ Beatę Mariæ Virginis deuotissimè celebrêmus. * Vt ipsa pro nobis.

Lectio iij.

EGo murus: & úbera mea sicut turris, ex quo facta sum coram eo quasi pacem repériens. Vínea fuit pacifico, in ea quæ habet populos: tradidit eam custódibus, vir affert pro fructu eius mille argénteos. Vinea mea coram me est. Mille tui pacifici, & ducenti his, qui custodiunt fructus eius. Quæ hábitas in hortis, amici auscúltant: fac me audire vocem tuam. Fuge dilecte mi, & assimilâre cápreæ, hinnulôque ceruorum super montes arómatum.

℟. Gloriosæ Virginis Marię Conceptionẽ dignissimam

mam recolamus. * Cuius Dominus humilitatẽ respêxit, quæ Angelo nuntiãte concepit Saluatorem mundi. ℣. Beatissimę Virginis Mariæ Conceptionẽ deuotissimè celebremus. * Cuius Dominus. Gloria Patri. * Cuius Dominus.

In secundo Nocturno.

De Expositione sancti Gregorij Papæ in libros Regum.

In 1.*Reg*.1.

Lectio jv.

FVit vir vnus de Ramáthaim Sophim, de monte Ephraim. Potest huius mõtis nomine beatissima semper Virgo Maria, Dei génitrix, designari. Mons quippè fuit, quæ omnem eléctæ creaturæ altitúdinẽ, electionis suæ dignitâte transcendit. An nõ mons sublîmis Maria, quę vt ad cõceptionẽ ęterni Verbi pertíngeret, meritôrum vérticem supra omnes Angelorũ choros, vsque ad sólium Deitatis eréxit? Huius enim montis præcelentissimam dignitatem Isaîas vatícinans, ait: Erit in nouissimis diêbus præparatus mons domus Domini in vértice montium. Mons quippè in vértice mõtium fuit, quia altitûdo Mariæ supra omnes sanctos refúlsit.

℟. Cõceptio gloriosæ Virginis Mariæ ex sémine Abrahę, ortę de tribu Iuda, clara ex stirpe Dauid, * Cuius vita inclyta cunctas illustrat Ecclesias. ℣. Hodie concepta est beata Virgo Maria ex progénie Dauid. * Cuius.

Ex Epistola sancti Leonis Papę ad Pulchériam Augustam.

Epist.13. *ante medium*.

Le-

Lectio v.

SAcramentum reconciliationis noſtrę ante tempora æterna diſpóſitum, nullæ implébant figuræ: quia nondum ſuperuénerat Spiritus Sanctus in Virginem, nec virtus Altiſſimi obumbrauerat ei, vt & intra intemerata viſcera, ædificante ſibi Sapiẽtia domum, Verbum caro fieret, & forma Dei ac forma ſerui in vnam conueniente perſonam, Creator temporum naſceretur in tempore, & per quẽ facta ſunt omnia, ipſe inter omnia gignerêtur. Niſi enim nouus homo, factus in ſimilitudinẽ carnis peccati, noſtram ſuſciperet vetuſtatem, & conſubſtantialis Patri, conſubſtantialis eſſe dignarêtur & Matri, naturamque ſibi noſtram ſolus à peccato liber vnîret; ſub iugo diaboli generaliter teneretur humana captiuitas.

℟. Cum iucunditate Conceptionem Beatæ Mariæ celebremus: * Ut ipſa pro nobis intercedat ad Dominum Ieſum Chriſtum. ℣. Corde & animo Chriſto canâmus gloriã in hac ſacra ſolemnitate præcelſę genitricis Dei Marię. * Vt.

De Expoſitione ſancti Baſilij Epiſcopi in Iſaîam Prophetam.

In cap. 8. poſt initium.

Lectio vj.

ACceſi, inquit, ad Prophetiſſam, & in útero accepit, & péperit filium. Quòd Maria prophetiſſa fúerit, ad quam proximè accéſſit Iſaias per prænotionẽ ſpiritus, nemo contradixerit, qui ſit memor verborum Marię, quę prophetico afflâta ſpiritu elo-

elocûta eſt. Quid enim ait? Magnificat anima mea Dominum: & exultâuit ſpíritus meus in Deo ſalutari meo: quia reſpéxit humilitatẽ ancillæ ſuæ: ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generatiónes. Quòd ſi animũ accõmodáueris vniuerſis eius verbis, non útique per diſſidiũ negáueris eam fuiſſe Prophetiſſam, quòd Domini ſpiritus in eam ſuperuénerit, & virtus Altiſſimi obumbrauerit ei.

℞ Conceptio tua Dei génitrix Virgo gaudium annuntiauit vniuerſo mũdo: * Ex te enim ortus eſt ſol iuſtitię Chriſtus Deus noſter: * Qui ſoluens maledictioné dedit benedictionem: & confundens mortem, donâuit nobis vitam ſempiternam. ℣. Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui. * Ex te enim. Gloria Patri. * Qui.

In tertio Nocturno.

Lectio ſancti Euangelij ſecundùm Matthæum.

Lectio vij.

LIber generationis Ieſu Chriſti, filij Dauid, filij Abraham, Abrahã génuit Iſaac. Iſaac autem génuit Iacob. Et reliqua.

De Homilìa ſancti Ioannis Chryſoſtomi.

DVo ſunt, quę páriũt quæſtioné. Vnum, quæ cauſa ſit, vt in generationum catálogo virgo ſileâtur; alterum verò, qua ratione Ioſeph memorêtur, cui certè nihil cum Chriſti generatione eſt commune. Videtur enim & vnum abundare, & alterum deeſſe. Quid ergo dicêmus? quod vtique primum illud necéſſe fuerat me-

memorari, quemádmodū ex Dauid Virgo deſcenderit. Unde hoc itaque diſcemus? Audi ad Gabriel loquētem Dominū: Vade ad Virginem deſponſatam viro, cui nomen Ioſeph ex domo, & familia Dauid, quid vis audíre manifeſtius; cum ex domo, & familia Dauid illam Virginē eſſe cognoſcas? ℟. Beatam me dicent omnes generationes: * Quia fecit mihi Dominus magna, qui potens eſt, & ſanctum nomē eius. ℣. Et miſericordia eius à progénie in progénies timentibus eum. * Quia fecit.

Lectio viij.

NOn erat mos apud Hebræos generatiônum catálogū per fœminas téxere. Vt ergo & morem cuſtodiret, ne in ipſo ſtatim principio viderêtur antíqua deſtrúere; & nobis Virginem certius indicâre; parentes eius reticens, atque maiores, de Ioſeph generatione non tácuit: ſiue enim hęc feciſſet in Virgine nouitatis nō effugiſſet inuidiam; ſiue Ioſeph reticuiſſet, non agnoſceremus, ex qua tribu Virgo ſubſiſteret. Vt ergo & nos diſcernerêmus, quæ eſſet Maria, vel vnde, & conſuetudo legis permanêret immobilis, generationum catálogum vſque ad ſponſum eius perdûxit, ac de domo illum Dauid eſſe monſtrauit.

℟. Felix namque es ſacra Virgo Maria, & omni laude digniſſima, * Quia ex te ortus eſt Sol iuſtitiæ, * Chriſtus Deus noſter. ℣. Ora pro populo, interueni pro clero, intercêde pro deuoto fęmineo ſexu: ſentiant

tiant omnes tuum iuuamen quicumque celebrãt tuam sanctam Conceptionem. * Quia. Gloria Patri. * Christus.

Lectio jx.

HOc enim declarâto, illud quoque pariter ostendit, quòd scilicet inde esset & virgo; quia vtique nequaquam iustus iste paterêtur vxôrem sibi aliúnde, quam vnde lex præcipiêbat elígere. Possumus verò aliam quoque, & altiorem quidem profêrre rationem, ob quam parentes Virginis prætermissi sunt: sed quæ ea est? Noluit Euangelista recenti adhuc tempore noui illîus, admirandique partus Iudæis esse manifestum, quòd Christus natus fuisset ex Virgine. Neque proprius noster hic sermo est, sed à nobis de Patrum, atque insigniũ virorum traditione suscêptus. Te Deum. 27.

FINIS.

